- 10 τοῦ πράγματος οὐδὲν κατηγορήσας ὑμῶν δ' ἕκαστον χρῆ νομίζειν τὸν Λεωκράτους ἀποψηφίζομενον θάνατον τῆς πατρίδος καὶ ἀνδραποδισμὸν καταψηφίζεσθαι, καὶ δυοῖν καδίσκοιν κειμένοιν τὸν μὲν προδοσίας, τὸν δὲ σωτηρίας εἶναι, καὶ τὰς ψήφους φέρεσθαι τὰς μὲν ὑπὲρ ἀναστάσεως τῆς πατρίδος, τὰς δὲ ὑπὲρ ἀσφαλείας καὶ τῆς ἐν τῇ πόλει εὐδαιμονίας. (150) Ἐὰν μὲν Λεωκράτην ἀπολύσητε, προδιδοῖαν τὴν πόλιν καὶ τὰ ἱερά καὶ τὰς ναῦς ψηφισθεῖτε· ἐὰν δὲ τοῦτον ἀποκτείνητε, διαφυλάττειν καὶ σώζειν τὴν πατρίδα καὶ τὰς προσόδους καὶ τὴν εὐδαιμονίαν παρακαλέυσεσθε. Νομίζοντες οὖν, ὧ Ἀθηναῖοι, ἱκετεύειν ὑμῶν τὴν χώραν καὶ τὰ δένδρα, δεῖσθαι τοὺς λιμένας καὶ τὰ νεώρια καὶ τὰ τεῖχη τῆς πόλεως, ἀξιοῖν δὲ καὶ τοὺς νεῶς καὶ τὰ ἱερά βοηθεῖν αὐτοῖς, παράδειγμα ποιήσατε Λεωκράτην, ἀναμνησθέντες
- 20 τῶν κατηγορουμένων, ὅτι οὐ πλέον ἰσχύει παρ' ὑμῖν ἔλεος οὐδὲ δάκρυα τῆς ὑπὲρ τῶν νόμων καὶ τοῦ δήμου σωτηρίας.

DECRETUM.

Ego igitur ad vos defero qui estis domini iudicii, ut istum qui hæc omnia delevit punialis; vestrum autem est et vestro nomine ac deorum supplicio afficere Leocratem. Delicta enim, dum non iudicata fuerint, apud auctores suos manent; simulac vero de iis iudicium factum fuerit, apud eos manent qui non jure illa ipsa ulciscuntur. Bene autem novistis, iudices, quod quamvis clanculum unusquisque vestrum suffragium laturus sit, perspicuam tamen sententiam suam faciet diis. (147) Arbitror autem, viri, de omnibus maximis et gravissimis delictis unam vos sententiam hodierno die laturos esse, quibus omnibus Leocratem esse obnoxium licet videre, de proditione quidem quod deserens urbem hostibus subjecerit, de populi autem dissolutione quia non sustinuit pro libertate periculum, de impietate quia ut luci desecarentur delubra que suffoderentur quantum in ipso fuit auctor exstitit, de parentum autem afflictione quod monumenta ipsorum obscuravit et legitimis ea privavit ceremoniis, de desertione aciei et ignavia in militia quippe qui corpus suum non obtulerit ordinandum imperatoribus. (148) Quis ergo ab his absolvet istum? quis ignoscet flagitiis hisce e proposito commissis? æquis adeo est mentis expers, ut hunc servans salutem suam prodat desertoribus patriæ? et ut hujus misertus ipse misericordiam nullam impetrans ab hostibus perire velit, proditorique patriæ gratificans obnoxium fieri divinæ vindictæ?

149. Ego itaque et patriæ opem ferens et legis certamen hoc exhibui recte et jure, neque reliquam istius vitam calumniis neque extra rem quicquam accusans: vestrum autem unumquemlibet oportet reputare eum qui Leocratem a morte liberat suffragio suo, patriam morti et servituti adjudicare, ac duabus suffragiorum urnis propositis, alteram quidem proditionis, alteram salutis causa calculos recipere, hos quidem pro desertione patriæ, illos vero pro securitate et felicitate urbis. (150) Si Leocratem absolveritis, proditionem urbis et sacrorum et navium decreto vestro sancietis: sin hunc occideritis, ad custodiendam conservandamque patriam et vectigalia et felicitatem adhortabimini. Arbitrantes igitur, Athenienses, supplicare vobis regionem et arbores, orare portus, navalia et moenia urbis, contendere denique etiam templa et delubra deorum ut sibi opitulemini, in exemplum aliis statuite Leocratem, recordati ea quæ accusavimus, et quod non pluris valeat apud vos misericordia neque lacrimæ, quam in qua leges et populus conservantur. salus.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

I.

ΚΑΤΑ ΤΙΜΑΡΧΟΥ.

(17—27)

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἀθηναῖοι πολεμήσαντες πρὸς Φίλιππον τὸν Ὀλυνθιακὸν πόλεμον, ὕστερον δόξαν αὐτοῖς εἰρήνην ἐποιήσαντο πρὸς Φίλιππον, καὶ συμμαχίαν αὐτῷ καὶ τοῖς ἐγγύτοις ψηφισάμενοι ἐπεμψάν πρὸς αὐτὸν δέκα πρέσβεις τοὺς ἀποληφθόμηνους παρ' αὐτοῦ τοὺς ὄρκους, ἐν οἷς ἦσαν Δημοσθένης τε καὶ Αἰσχίνης. Ἐκωνηκούσης δὲ τῆς πρεσβείας γράρονται παραπρεσβείας Αἰσχίνην Δημοσθένης τε ὁ ῥήτωρ καὶ Τίμαρχος Ἀριζέλου Σφήττιος, διάσημος ὢν ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ δημογῶρῶν καὶ πλέον ἢ ἑκατὸν ψηφίσματα γεγραφώς. Ἐτύχηκε δὲ νεωστὶ γεγραφώς ψηφίσμα βουλευῶν, τὸν ἐκφέροντα δῖλα πρὸς Φίλιππον θανάτῳ ζημιούσθαι. Ἀποτεθείσης οὖν τῆς γραφῆς, πρὶν τὸν ἀγῶνα εἰσελθεῖν, ἐγράψατο Αἰσχίνης τὸν Τίμαρχον ὡς δημηγοροῦντα παρὰ τοὺς νόμους· οὐκ ἔξειναι γὰρ αὐτῷ δημηγορεῖν ἡταιρηκότι. Ἔνοιο μὲν οὖν φασιν ὡς ἀπήγατο ὁ Τίμαρχος, τὴν κρίσιν οὐχ ὑπομείνας, οἱ δὲ οὐτι μὲν ἠτιμώθη, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. Οὕτω δὲ περὶ τὸ πρᾶγμα ἐγένετο, ὥστε ἀπὸ τῆς κρίσεως ταύτης τοὺς πόρους τὸ λοιπὸν ἐκάλεον Τίμαρχους. Τὸ δὲ προσιμὸν ἐστὶ τραγικώτερον· ἐν αὐτῷ δὲ διασυστήσας ἑαυτὸν μέτριον, ἵνα εὖνοιαν ἐπισπάσθῃται, καὶ τὸν Τίμαρχον διαβαλῶν, καὶ περὶ τῆς πολιτείας εἰκῶν, μεταβαίνει ἐπὶ κεφάλαια οὐ τῆς ὑποθέσεως ἴδια, ἀλλὰ κοινὰ κατὰ πάντων τῶν ἑταιρήσεως κρινομένων. Ἔστι δὲ τάδε· εἰ καλῶς καὶ ἀκριβῶς τοὺς νόμους ἔθεντο οἱ παλαιοὶ τοὺς περὶ τῶν παιδῶν εὐσομίας καὶ μερῶν καὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν· εἰ ὀρθῶς ἀπέειπον τοῖς ἡταιρηκόσι μὴ δημηγορεῖν, καὶ ἔξῃς εἰ παρὰ τοὺς νόμους δημηγορεῖ Τίμαρχος ἡταιρηκός· ἐν ᾧ, εἰ ἐνοχος τῇ γραφῇ ἑταιρήσας· εἰ παρὰ Μισγόλα ἡταιρήσῃ μισθοῦ περὶ τὰ τοιαῦτα ὄντι δαινῶ· εἰ παρὰ Ἀντικλέ· εἰ ἐν τῷ κυβευτηρίῳ διατρίβων καὶ κυβεύων ἀνελήφθη ὑπὸ Πιτταλάκου, δημοσίου δούλου τῆς πόλεως, καὶ παρ' αὐτῷ διέτριψε ἑταιρῶν· εἰ παρὰ Ἠγησάνδρῳ τῷ Τιμομάχου ταμίᾳ διέτριψε χρόνον ἑταιρῶν.

ἈΛΛΩΣ. Τούτων τὸν λόγον ὁ Αἰσχίνης γέγραφε δοκιμασίαν κατὰ Τίμαρχου. Ἦν δὲ ὁ Τίμαρχος τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα προσόντων, καὶ αὐτὸν τὸν Αἰσχίνην σεσουκοφαντικῶς. Νόμοι δὲ εἰσι περὶ τῶν βητόρων κείμενοι, οὐστὶνας χρῆ εἰργεσθαι τοῦ λέγειν, ὅταν τοὺς τὰ πατρῶα κατεδηδοκῶτας, τοὺς ἡταιρηκῶτας· εἰ δὲ μὴ πείθοιντο, ἔξειναι τὸν βουλόμενον αὐτοῖς δοκιμασίαν ἐπαγγεῖλαι, ὥστε δοκιμάζεσθαι εἰ ἐπιτήδειοι εἰσι λέγειν. Δύο δὲ ἐγκαλῶν Τίμαρχῳ Αἰσχίνης, καὶ οὐτι ἡταιρήσει καὶ οὐτι τὰ πατρῶα κατεδήδοκε, περὶ ἑταιρήσεως ἐπιγράφεται ὁ λόγος, ὅτι τὸ πλέον τῆς κατηγορίας διὰ ταύτην ἐστὶ. Φαίνεται δὲ νενικηκῶς τὸν ἀγῶνα, ὡς φασιν οἱ παλαιοί. Δοκοῦσι δὲ μοι οἱ λόγοι μετὰ τὰς εἰκὰς γράφεσθαι.

1 Οὐδένα πώποτε τῶν πολιτῶν, ὧ Ἀθηναῖοι, οὐτε γραφῆν γραψάμενος οὐτ' ἐν εὐθύναις λυπήσας, ἀλλ' ὡς ἔγωγε νομίζω μέτριον ἑμαυτὸν πρὸς ἕκαστα τούτων παρεσχικώς, ὄρων δὲ τὴν τε πόλιν μεγάλα βλαπτο-

I.

CONTRA TIMARCHUM.

ARGUMENTUM.

Quum Athenensibus post bellum Olynthiacum visum esset pacrum cum Philippo facere, societate ipsi et posteris ejus decreta, decem ad eum legatos, inter quos Aeschines et Demosthenes fuerunt, exigendi iurajurandi gratia miserunt. Reversa legatione, Demosthenes orator, et Timarchus Arizeli F. Sphettius, vir in republica illustris, et conciones habere solitus, quique supra centum decreta scripserat, Aeschinem perperam obita legationis reum facit. Recens autem senatusconsultum promulgat, ut is qui ad Philippum arma veheret, capite plecteretur. Actione porro ad praetorem relata, antequam in iudicium ventum esset, Aeschines Timarchum accusavit, ut qui contra legum edictum conciones haberet: neque enim fas esse ei habere conciones, quum pudicitiam prostituerit. Itaque alii dicunt, Timarchum laqueo sibi necem conscivisse, non exspectato iudicio: alii, condemnantum atque infamiam notatum esse, ut Demosthenes in oratione Falsae legationis. Res autem haec ita celebrata est, ut ab hoc iudicio homines impudicos Timarchos appellarent. Exordium vehementius est, in quo et sua modestia commendata, captandae benevolentiae causa, et Timarcho in odium adducto, et disputatione de republica absoluta, transit ad capita, non propria causae, sed communia in omnes eos, qui prostituta pudicitiae accusantur. Sunt autem haec: an veteres recte et accurate leges de modestia puerorum et adolescentum ceterarumque aetatum tulerint: an effeminatis recte interdixerint concionibus: et, an Timarchus, qui pudicitiam prostituerit, contra legum interdictum concionetur: in quo illud etiam inest, utrum Timarchus impudicitiae crimen in sese, ut accusetur, admisit: item, an apud Misgolum in hoc genere exercitatum, quæstum corpore fecerit: an apud Anticlem in ganeo versans, et alea ludens, receptus sit a Pittalaco ministro publico: et apud illum, atque etiam apud Hegasandrum Timomachi quaestorem, pro scorto ad tempus se gesserit.

ALITER. Censoria est haec Aeschinis in Timarchum oratio, hominem oratorem et calumniatorem suum. Sunt autem latae leges de oratoribus, qui sint a concionibus repellendi: velut ille, qui patrimonium profuderunt: qui pudicitiam prostituerunt: qui nisi iis legibus paruerint, cuius licere iudicio in eorum mores inquirere. utrum sint tales, ut ad populum verba facere possint. Quum autem dierum rerum Aeschines Timarchum criminaretur, et pudicitiae prostituta, et absumpti per luxum patrimonii, oratio de impudicitia inscribitur, quod major ejus pars in eo crimine tractanda consumitur. Vicit autem causam hanc, ut ex affirmatione veterum constat. Orationes vero post actas causas mihi esse scriptae videntur.

Ego, iudices, nulli civium unquam vel in iudicio periculum creavi, vel in referendis rationibus molestus fui, sed, ut mihi persuadeo, moderate me in rebus huiusmodi gessi: verum quum et rempublicam graviter a Timarcho

5 μένην ὑπὸ Τιμάρχου τουτουὶ δημηγοροῦντος παρὰ τοὺς νόμους καὶ αὐτὸς ἰδίᾳ συκοφαντούμενος (ὄν δὲ τρόπον, ἐπιδείξω προϊόντος τοῦ λόγου), (2) ἐν τι τῶν αἰσχίστων ἡγρησάμενη εἶναι μὴ βοηθῆσαι τῇ τε πόλει πάσῃ καὶ τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν καὶ ἑμαυτῷ, εἰδὼς δ' αὐτὸν ἔνοχον ὄντα οἷς ὀλίγω πρότερον ἤκούσατε ἀναγινώσκοντος τοῦ γραμματέως, ἐπήγγειλα αὐτῷ τὴν δοκιμασίαν ταυτηνί. Καὶ
10 ὡς εἶκεν, ὡς Ἀθηναῖοι, οἱ εἰωθότες λόγοι λέγεσθαι ἐν τοῖς δημοσίοις ἀγῶσιν οὐκ εἰσὶ ψευδεῖς· αἱ γὰρ ἴδιαι ἔχθραι πολλὰ πάντων κοινῶν ἐπανορθοῦνται. (3) Τοῦ μὲν οὖν δλου ἀγῶνος φανήσεται οὐθ' ἡ πόλις αἰτία οὔσα Τιμάρχου οὐθ' οἱ νόμοι οὐθ' ὑμεῖς οὐτ' ἐγώ, ἀλλ' αὐτὸς οὗτος αὐτῷ. Οἱ μὲν γὰρ νόμοι προεῖπον αὐτῷ αἰσχρῶς βεβιωκότι μὴ δημηγορεῖν, ἐπίταγμα, ὡς γε δὴ ἐγὼ κρίνω, οὐ χαλεπὸν ἐπιτάξαντες, ἀλλὰ καὶ πάντῃ βῆδιον·
15 ἐμὲ δ' ἐξῆν αὐτῷ, εἰ ἐσωφρόνει, μὴ συκοφαντεῖν. Περὶ μὲν οὖν τούτων μετρίως ἐλπίζω μοι προειρηθῆσαι.

4. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι ἅ μελλω ἐν πρώτοις λέγειν φανέσθαι καὶ ἑτέρον ἕξτερον ἀκηκοότες· ἀλλὰ μοι δοκεῖ καιρὸς εἶναι καὶ ἐμὲ νῦν πρὸς ὑμᾶς τῷ αὐτῷ λόγῳ τούτῳ χρῆσασθαι. Ὁμολογοῦνται γὰρ τρεῖς εἶναι πολιτεῖαι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, τυραννίς καὶ ὀλιγαρχία
20 καὶ δημοκρατία· διοικούνται δ' αἱ μὲν τυραννίδες καὶ ὀλιγαρχίαι τοῖς τρόποις τῶν ἐφεστηκότων, αἱ δὲ πόλεις αἱ δημοκρατούμεναι τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις. (6) Εὔδ' ἴστε, ὡς Ἀθηναῖοι, ὅτι τὰ μὲν τῶν δημοκρατουμένων σώματα καὶ τὴν πολιτείαν οἱ νόμοι σώζουσι, τὰ δὲ τῶν τυράννων καὶ ὀλιγαρχικῶν ἀπιστία καὶ ἡ μετὰ τῶν θπλων φρουρά. Φυλακτέον δὴ τοῖς μὲν ὀλιγαρχικοῖς καὶ τοῖς τὴν ἀνίσον πολιτείαν πολιτευομένοις τοὺς ἐν
25 χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλύοντας, ὑμῖν δὲ τοῖς τὴν ἴσῃν καὶ ἔννομον πολιτείαν ἔχουσι τοὺς παρὰ τοὺς νόμους ἢ λέγοντας ἢ βεβιωκότας· ἐντεῦθεν γὰρ ἰσχύσετε, ὅταν εὐνομήσῃτε καὶ μὴ καταλύσῃτε ὑπὸ τῶν παρανομούντων καὶ ἀσελγῶς βιούντων. (6) Προσθήκειν δὲ ἔγωγε νομίζω, ὅταν μὲν νομοθετῶμεν, τοῦθ' ἡμᾶς σκοπεῖν, ὅπως καλῶς ἔχοντας καὶ συμφέροντας νόμους τῇ πόλει θησόμεθα, ἐπειδὴν δὲ νομοθετήσωμεν, τοῖς
30 νόμοις τοῖς κειμένοις πείθεσθαι, τοὺς δὲ μὴ πειθομένους κολάζειν, εἰ δεῖ τὰ τῆς πόλεως καλῶς ἔχειν. Σκέψασθε γὰρ, ὡς Ἀθηναῖοι, ὅσην πρόνοιαν περὶ σωφροσύνης ἐποιήσατο ὁ Σόλων ἐκείνους, ὁ παλαιὸς νομοθέτης, καὶ ὁ Δράκων καὶ οἱ κατὰ τοὺς χρόνους ἐκείνους νομοθέται. (7) Πρῶτον μὲν γὰρ ἐνομοθέτησαν περὶ τῆς σωφροσύνης τῶν παιδίων τῶν ἡμετέρων, καὶ διαρρηδὴν ἀπέδειξαν
2 ἀχρῆ τὸν παῖδα τὸν ἐλευθερον ἐπιτηδεύειν καὶ ὡς δεῖ αὐτὸν τραφῆναι, ἔπειτα δεύτερον περὶ τῶν μαιρακίων, τρίτον δ' ἐφεξῆς περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν, οὐ μόνον περὶ τῶν ἰσίωντων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν βητόρων. Καὶ τούτους τοὺς νόμους ἀναγράφαντες ὑμῖν παρακατέθεντο, καὶ ὑμᾶς αὐτῶν ἐπέστησαν φύλακας. (8) Βούλομαι δὴ καὶ ἐγὼ νυνὶ πρὸς ὑμᾶς τὸν αὐτὸν τρόπον χρῆσασθαι τῷ
3 λόγῳ ὅνπερ τοῖς νόμοις ὁ νομοθέτης· πρῶτον μὲν γὰρ διέξειμι πρὸς ὑμᾶς τοὺς νόμους οἱ κείνται περὶ τῆς εὐ-

lardi, contra leges habente conciones, viderem, et privatim ab eo calumniis agitarer (quo autem pacto, in orationis progres-u ostendam): (2) turpissimum facinus fore duxi, si nec universæ civitati, nec legibus, nec vobis, nec mihi ipsi opitularer. Quum autem iis eum teneri legibus scirem, quæ paullo ante scriba recitante audivistis, hoc eum censorio iudicio reum feci. Omnino enim, Athenienses, ea quæ in publicis causis dici solent de privatis inimicitiiis, non vana sunt; nam per eas multa republicæ incommoda depelluntur. (3) Neque vero totius hujus actionis culpam vel civitati, vel legibus, vel vobis, vel mihi Timarchus ascribere potest, sed sibimet ipsi tantum. Leges enim ei denunciarunt, quum flagitiose vixisset, ne conciones haberet; atque id ei edixerunt quod meo iudicio ferre graviter non potest, sed id quod omnibus facile est: licuit etiam ei non lacessere me per calumniam, si sapuisset. Ac de his satis me præfatum esse arbitror.

4. Non autem ignoro, Athenienses, ea quæ principio dicturus sum, ex aliis etiam ante vos audisse: sed tamen res postulare videtur, ut eadem et ipse utar oratione. Constat inter omnes, tres esse formas rerumpublicarum, principatum unius, potestatem paucorum, et populare imperium. Ac duo priora genera eorum arbitrato reguntur, qui rerum potiuntur: liberæ autem civitates, usitatis legibus. (5) Satis autem scitis, Athenienses, populi vitam et libertatem conservari legibus, principum et paucorum, diffidentia et armorum præsidia. Paucis igitur, atque iis qui republica inæquali utuntur, ii sunt cavendi, qui manu et vi respublicas evertunt: vos autem decet, qui æqualem et legibus fundatam rempublicam habetis, in eos qui contra quas leges jubent, aut dixerint aut vixerint, animadvertere. Nam vires in eo vestræ sunt, si leges tueamini, neque libertatis periculum adeatis a legum violatoribus et turpis vitæ hominibus. (6) Equidem illud existimo in sancendis legibus spectandum esse nobis, ut æ justæ atque e republica sint: ubi autem eas sciverimus, legibus sanctis ut pareamus, et contumaces puniamus, si modo rempublicam incolumem et florentem esse volumus. Considerate, Athenienses, quantum modestiæ rationem habuerit Solo antiquus ille, et Draco, ceterique illius ætatis legumlatores. (7) Primum enim leges de liberorum nostrorum disciplina tulerunt, planeque demonstrarunt, quæ puer ingenuus studia sequi debeat, utque sit educandus: secundo loco de adolescentibus, ac deinceps de reliquis ætatibus; neque vero ad plebeios duntaxat homines, sed etiam ad oratores hæc pertinere voluerunt. Et has leges in litteras relatas apud vos deposuerunt, earumque custodias vos præfecerunt. (8) Quem igitur legum ordinem est secutus legislator, eundem et ipse præscribam orationi meæ. Primum enim eas leges exponam vobis, quæ de puerorum vestrorum, deinde eas quæ de adolescentum, postremo eas quæ de reliquarum

κοσμίαις τῶν παίδων τῶν ὑμετέρων, ἔπειτα δεύτερον τοὺς περὶ τῶν μειρακίων, τρίτον δ' ἐφεξῆς τοὺς περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν. Οὕτω γὰρ ἂν μοι μάλιστα ὑπολαμβάνω τοὺς λόγους εὐμαθεῖς γενέσθαι. Ἄμα δὲ καὶ βούλομαι, ὡς Ἄθηναῖοι, προδιεξελεῖν πρῶτον πρὸς ὑμᾶς ὡς ἔχουσιν οἱ νόμοι, πάλιν δὲ μετὰ τοῦτο ἀντεξετάσαι τοὺς τρόπους τοὺς Τιμάρχου· εὐρήσετε γὰρ αὐτὸν ἐναντίας ἅπασι τοῖς νόμοις βεβιωκότα.

9. Ὁ γὰρ νομοθέτης πρῶτον μὲν τοῖς διδασκάλοις, οἷς ἐξ ἀνάγκης παρακατατιθέμεθα τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν παῖδας, οἷς ἔστιν ὁ μὲν βίος ἀπὸ τοῦ σωφρονεῖν, ἡ δ' ἀπορία ἐκ τῶν ἐναντιῶν, ὅμοις ἀπίστῶν φαίνεται, καὶ διαρρηθῆναι ἀποδείκνυσιν πρῶτον μὲν ἦν ὄραν προσήκει ἵνα τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον εἰς τὸ διδασκαλεῖον, ἔπειτα μετὰ πόνων παίδων εἰσιέναι καὶ πηνίκα ἀπιέναι, (10) καὶ τοὺς διδασκάλους τὰ διδασκαλεῖα καὶ τοὺς παιδοτρόβας τὰς καλαιστέρας ἀνοίγειν μὲν ἀπαγορεύει μὴ πρότερον πρὶν ἂν ὁ ἥλιος ἀνίσχη, κλείειν δὲ προστάττει πρὸ ἡλίου δεδυκότος, τὰς ἐρημίας καὶ τὸ σκότος ἐν πλείεσθι ὑποψία ποιούμενος· καὶ τοὺς νεανίσκους τοὺς εἰσφοιτῶντας οὐστυνας δεῖ εἶναι καὶ ἄστυνας ἡλικίας ἔχοντας, καὶ ἀρχὴν ἦτις ἔσται ἡ τούτων ἐπιμελησομένη, καὶ περὶ παιδαγωγῶν ἐπιμελείας καὶ περὶ Μουσειῶν ἐν τοῖς διδασκαλείοις καὶ περὶ Ἑρμαίων ἐν ταῖς καλαίστραις, καὶ τὸ τελευταῖον περὶ τῆς συμφοιτήσεως τῶν παίδων καὶ τῶν χορῶν τῶν ἐγκυκλίων· (11) κελεύει γὰρ τὸν χορηγὸν τὸν μέλλοντα τὴν οὐσίαν τὴν ἑαυτοῦ ἀναλίσκεν ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη γεγονότα τοῦτο πράττειν, ἵν' ἤδη ἐν τῇ σωφρονεστάτῃ αὐτοῦ ἡλικίᾳ ὄν, οὕτως ἐντυγχάνῃ τοῖς ὑμετέροις παισίν. Ἀναγνώσεται οὖν ἡμῖν τούτους τοὺς νόμους ὁ γραμματεὺς, ἵν' εἰδῆτε ὅτι ὁ νομοθέτης ἡγήσατο τὸν καλῶς τραφέντα παῖδα ἀνδρα γενόμενον χρήσιμον ἔσεσθαι τῇ πόλει· ὅταν δ' ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου εὐθύς πονηρὰν ἀρχὴν λάβῃ τῆς παιδείας, ἐκ τῶν κακῶς τετραμμένων παίδων παραπλησίους ἡγήσατο πολίτας ἔσεσθαι Τιμάρχῳ τούτῳι.

20 Λέγε δ' αὐτοῖς τοὺς νόμους τούτους.

12. NOMOI. [Οἱ δὲ τῶν παίδων διδασκαλοὶ ἀνοιγέτωσαν μὲν τὰ διδασκαλεῖα μὴ πρότερον ἡλίου ἀνιόντος, κλείετωσαν δὲ πρὸ ἡλίου δύοντος. Καὶ μὴ ἐξέστω τοῖς ὑπὲρ τῆν τῶν παίδων ἡλικίαν οὖσιν εἰσιέναι τῶν παίδων ἔνδον ὄντων, ἐὰν μὴ υἱὸς διδασκάλου ἢ ἀδελφὸς ἢ θυγατρὸς ἀνὴρ· ἐὰν δὲ τις παρὰ ταῦτ' εἰσῆ, θανάτῳ ζημιούσθω. Καὶ οἱ γυμνασιάρχαι τοῖς Ἑρμαίους μὴ ἐάτωσαν συγκαθίεναι μηδένα τῶν ἐν ἡλικίᾳ τρώπῳ μηδενί· ἐὰν δὲ ἐπιτρέπη καὶ μὴ ἐξείργῃ τοῦ γυμνασίου, ἔνοχος ἔστω ὁ γυμνασιάρχης τῷ τῆς ἐλευθέρων φθορᾶς νόμῳ. Οἱ δὲ χορηγοὶ οἱ καθιστάμενοι ὑπὸ τοῦ δήμου ἔστωσαν τὴν ἡλικίαν ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη.]

ætatum disciplina sunt lata. Sic enim orationem mean arbitror maxime perspicuam fore. Simul etiam disseram, Athenienses, quid edicant leges, et rursus post hoc Timarchi mores cum iis conferam. Eum enim egisse vitam legibus omnibus contrariam reperietis.

9. Legislator primum ludimagistris, quorum fidei liberos nostros necessario committimus, quorumque vita in temperantia sita est, inopia vero in contrariis rebus, tamen diffidit : ac plane definit, qua hora puerum ingenuum in ludum ire deceat, deinde, cum quot pueris ingredi, et quando abire : (10) ac praeceptores ludos, paedotribas aperire palastras vetat ante solis ortum, et claudere jubet ante occasum, ut qui solitudinem et tenebras maxime suspectas habeat : edicit item, adollescentulos ea loca frequentantes, quales esse oporteat, et qua ætate, et qui magistratus eorum habere curam debeat : et de paedagogorum diligentia, et de Museis ludorum, et de Hermæis palastrarum, denique de congressibus puerorum choreisque. (11) Jubet enim ædilem, qui suis sumptibus vestris servire commodis studeat, id facere, ubi quadragesimum ætatis annum excesserit, ut in sobria et severa jam ætate positus liberos vestros accedat. Has igitur leges scriba vobis recitabit, ut sciatis, existimasse legislatorem, puerum recte educatum, virili ætate utilem fore civitati : si autem hominis ingenium malum disciplinae initium cepit, male institutos pueros in viros evasuros Timarcho similes censuisse. Recita leges has.

12. LEGES. [Puerorum magistri ludos ante solis ortum ne aperiunt, et ante occasum iterum claudunt. Neque fas esto iis qui puerilem ætatem excesserunt eo ingredi, dum pueri sunt intus, præter filium magistri aut fratrem aut generum : his exceptis si quis fuerit ingressus, capite mulctator. Et gymnasiarchæ Mercurialibus nullo modo ququam adultum ingredi cum pueris sinunt : si non permiserit neque gymnasio excluderit, teneatur gymnasiarcha lege de corruptela ingenuorum puerorum. Choragi autem qui a populo constituuntur annum ætatis quadragesimum excessisse debent.]

13. Μετὰ ταῦτα τοίνυν, ὧ Ἀθηναῖοι, νομοθετῆ περι
 40 ἀδίκημάτων μεγάλων μὲν, γινομένων δ' αἶμαι ἐν τῇ
 πόλει· ἐκ γὰρ τοῦ πρᾶττεσθαι τινα δὴν οὐ προσήκειν,
 ἐκ τούτου τοὺς νόμους ἔθηκαν οἱ παλαιοί. Διαρρήδην
 γοῦν λέγει ὁ νόμος, ἐάν τινα ἐκμισθώσῃ ἑταιρεῖν πατῆρ
 ἢ ἀδελφός ἢ θεῖος ἢ ἐπίτροπος ἢ ὄλωκ τῶν κυρίων τις,
 κατ' αὐτοῦ μὲν τοῦ παιδὸς οὐκ ἔξ γραφᾶς ἑταιρήσεως
 εἶναι, κατὰ δὲ τοῦ μισθώσαντος καὶ τοῦ μισθωσαμένου,
 τοῦ μὲν ὅτι ἐξεμισθώσῃ, τοῦ δὲ ὅτι, φησὶν, ἐμισθώσατο.
 3 Καὶ ἴσα τὰ ἐπιτίμια ἐκατέρω πεποίηκε, καὶ μὴ ἐπά-
 ναγκας εἶναι τῷ παιδί ἠδῆσαντι τρέφειν τὸν πατέρα
 μηδὲ οἴκησιν παρέχειν, ὅς ἂν ἐκμισθωθῇ ἑταιρεῖν·
 ἀποθανόντα δὲ αὐτὸν θαπτεῖται καὶ τᾶλλα ποιεῖται τὰ
 νομιζόμενα. (14) Σκέψασθε δὴ ὅς καλῶς, ὧ Ἀθηναῖοι·
 ζῶντος μὲν αὐτοῦ ἀφαιρεῖται τὴν ὄνησιν τῆς παιδοποιίας,
 ὡσπερ ἐκεῖνος τοῦ παιδὸς τὴν παρρησίαν, τελευτήσαντα
 6 δὲ αὐτὸν, ἡνίκα ὁ μὲν εὐεργετούμενος οὐκ αἰσθάνεται
 ὧν εὖ πάσχει, τιμᾶται δὲ ὁ νόμος καὶ τὸ θεῖον, θάπτειν
 ἤδη καλεῖται καὶ τᾶλλα ποιεῖν τὰ νομιζόμενα. Καὶ τίνα
 ἕτερον νόμον ἔθηκε φύλακα τῶν ἡμετέρων παιδῶν; τὸν
 τῆς προαγωγείας, τὰ μέγιστα ἐπιτίμια ἐπιγράψας ἐάν
 τις ἐλεύθερον παιδα ἢ γυναῖκα προαγωγέη. (15) Καὶ
 ποῖον ἄλλον; τὸν τῆς ὑβρεως, ὅς ἐνὶ κεφαλαίῳ ἀπαντα
 10 τὰ τοιαῦτα συλλαβῶν ἔχει· ἐν ᾧ διαρρήδην γέγραπται,
 ἐάν τις ὑβρίζῃ εἰς παιδα (ὑβρίζει δὲ δὴ που ὁ μισθού-
 μενος) ἢ ἀνδρα ἢ γυναῖκα, ἢ τῶν ἐλευθέρων τινὰ ἢ τῶν
 δούλων, ἢ ἐάν παράνομόν τι ποιῆσιν εἰς τούτων τινὰ, γρα-
 φᾶς ὑβρεως εἶναι πεποίηκε καὶ τίμημα ἐπέθηκεν ὁ τι
 χρῆ παθεῖν ἢ ἀποκτεῖναι. Λέγει τὸν νόμον.

16. ΝΟΜΟΣ. [Ἄν τις Ἀθηναίων ἐλεύθερον
 15 παιδα ὑβρίσῃ, γραφέσθω ὁ κύριος τοῦ παιδὸς
 πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, τίμημα ἐπιγραψάμενος.
 ἢ ἂν τὸ δικαστήριον καταψηφισθῇ, παραδοθεὶς
 τοῖς ἑνδεκα τεθνάτω αὐθημερόν. Ἐάν δὲ εἰς ἀρ-
 γύριον καταψηφισθῇ, ἀποτίσάτω ἐν ἑνδεκα ἡμέ-
 ραις μετὰ τὴν δίκην, ἐάν μὴ παραχρῆμα δύνηται
 ἀποτίνειν· ἕως δὲ τοῦ ἀποτίσαι εἰρχθήτω. ἔνοχοι
 δὲ ἔστωσαν ταῖσδε ταῖς αἰτίαις καὶ οἱ εἰς τὰ
 οἰκετικὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες.]

20 17. Ἴσως ἂν οὖν τις θαυμάσειεν ἑξαιφνης ἀκούσας,
 τί δὴ ποτ' ἐν τῷ νόμῳ τῷ τῆς ὑβρεως προσεγράφη τοῦτο
 τὸ ῥῆμα, τὸ τῶν δούλων. Τοῦτο δὲ ἐάν σκοπήτε, ὧ
 Ἀθηναῖοι, εὐρήσετε ὅτι τοῦτο πάντων ἀριστα ἔχει· οὐ
 γὰρ περὶ τῶν οἰκετῶν ἐσπούδακεν ὁ νομοθέτης, ἀλλὰ
 βουλόμενος ἡμᾶς εἶσαι πολὺ ἀπέχειν τῆς τῶν ἐλευθέ-
 ρων ὑβρεως προσέγραψε μὴδ' εἰς τοὺς δούλους ὑβρίζειν.
 Ὅλωκ δὲ ἐν τῇ δημοκρατίᾳ τὸν εἰς ὀντινοῦν ὑβριστήν,
 25 τοῦτον οὐκ ἐπιτίθειον εἶναι ἡγήσατο συμπολιτεύε-
 σθαι. (18) Κάκεινο δὲ μοι συνδιαμνημονεύσατε,
 ὧ Ἀθηναῖοι, ὅτι ἐνταῦθ' ὁ νομοθέτης οὕτω διαλέγεται

13. Post hæc, iudices, edicit de injuriis, magnis illis
 quidem, sed tamen fieri scilicet in urbe nostra solitis. Nam
 ea de causa leges a majoribus sanctæ sunt, quod quadam
 contra quam deceat committuntur. Lex certe quidem
 aperte ait : si pater aut frater aut patruus aut tutor aut
 denique is cujus est auctoritas aliquem mercede prostituat,
 non licere puerum accusare, sed tam eum qui elocarit
 quam qui conduxerit, illum quod elocarit, hunc, inquit,
 quod conduxerit, et parem in utrumque pœnam statuit.
 Neque necessitatem imponit puero ubi adoleverit patrem
 alendi aut domicilio excipiendi, si fuerit ab eo ad turpem
 quæstum elocatus, defunctum tamen sepelire jubet ac ce-
 tera parentalia obire ut moris est. (14) Considerate, Athe-
 nienses, quam recte : viventi ei eripit fructum procreationis
 liberorum, quemadmodum ipse puero dicendi libertatem :
 defunctum tamen, quum is quidem qui beneficium accipit,
 non jam sentit commodum quo afficitur, legi vero et numini
 honos habetur, sepelire jubet, et cetera de more præstare.
 Jam quamnam aliam legem tulit, nostrorum liberorum
 custodem? Legem de lenocinio, maximis pœnis ascriptis, si
 quis ingenui pueri aut mulieris lenonem agat. (15) Et quam
 aliam? Legem contumeliæ, quæ uno capite quæ sunt hujus
 generis omnia complectitur; in qua plane scriptum habetur,
 si quis puero contumeliam fecerit — facit autem utique
 contumeliam qui conducit, — aut viro, aut mulieri, sive in-
 genuo sive servo, aut aliquid legibus interdictum in horum
 aliquem commiserit, in eum contumeliæ actionem dat
 lex, pœnamque definit quid is pati debeat, aut solvere.
 Recita legem.

16. LEX. [Si quis Atheniensis puero ingenuo
 contumeliam fecerit, is in cujus potestate puer
 est illum ad thesmothetas deferat, litis æstimatione
 in libello ascripta. Quodsi morte judicium eum
 condemnarit, undecimviris traditus eadem die
 perimatur : sin ei multa pecuniaria irrogata fue-
 rit, intra dies undecim post judicium solvat, si
 statim solvere non potuerit; donec vero solverit,
 in carcere teneatur. Iisdem porro criminibus te-
 neantur etiam qui servilia corpora violarint.]

17. Fortassis autem aliquis statim miretur, qua de causa
 legi contumeliæ etiam servorum nomen sit ascriptum. Id
 vero si considerabit, Athenienses, omnium rectissimum esse
 invenietis. Neque enim servi tantæ curæ fuerunt legislatori,
 sed quia nos consuefacere voluit, ut a contumelia ingenuo-
 rum magnopere nobis temperaremus, ascripsit, ne servis
 quidem contumeliam esse faciendam. Denique qui in li-
 bera civitate quemcunque contumelia afficeret, eum
 ad civilem consuetudinem minime idoneum judicavit.
 (18) Atque illud una mecum, Athenienses, memineritis ve-
 lim, legislatorem hic nondum loqui cum puero, sed cum

αὐτῶ τῷ σώματι τοῦ παιδός, ἀλλὰ τοῖς περὶ τὸν παῖδα, πατρί, ἀδελφῶν, ἐπιτρόπῳ, διδασκάλους καὶ θλῶς τοῖς κυρίως· ἐπειδὴν δ' ἐγγραφῆ εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον καὶ τοὺς νόμους γνῶ καὶ εἰδῆ τοὺς τῆς πόλεως καὶ ἥδη δύνηται διαλογίζεσθαι τὰ καλὰ καὶ τὰ μὴ, οὐκέτι ἐτέρῳ διαλέγεται, ἀλλ' ἥδη αὐτῷ. Καὶ πῶς λέγει; (18) Ἄν τις Ἀθηναίων, φησί, ἐταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι, ὅτι οἶμαι στεφανηφόρος ἡ ἀρχή, μὴδ' ἱεροσύνην ἱεράσασθαι, ὅς οὐδὲ καθαρῶ διαλέγεται τῷ στόματι, μὴδὲ συνδικῆσαι, φησί, τῷ δημασίῳ· μὴδὲ ἀρχέτω ἀρχὴν μηδεμίαν μὴδέποτε, μήτ' ἐνδημιον μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν μήτε χειροτονητὴν· μὴδὲ κηρυκευσάτω, μὴδὲ πρεσβευσάτω, μὴδὲ τοὺς πρεσβεύσαντας κρινέτω, μὴδὲ μισθωθείς συκοφανταίτω, (20) μὴδὲ γνώμην εἰπάτω μὴδέποτε μήτε ἐν τῇ βουλῇ μήτε ἐν τῷ δήμῳ, μὴδ' ἂν δεινότετος ἢ λέγειν. Ἐὰν δὲ τις παρὰ ταῦτα πράττη, γραφὰς ἐταιρήσεως πεποιήκει καὶ τὰ μέγιστα ἐπιτίμια ἐπέθηκεν. Ἄγε αὐτοῖς καὶ τοῦτον τὸν νόμον, ἵν' εἰδῶσθε οἷων νόμων ἡμῖν καίμων, ὡς καλῶν καὶ σωφρόνων, τετόλημκε Τιμαρχος δημηγορεῖν ὁ τοιοῦτος τὸν τρόπον οἷον ὑμεῖς ἐπίστασθε.

ΝΟΜΟΣ.

21. [Ἐὰν τις Ἀθηναῖος ἐταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι μὴδ' ἱεράσασθαι μὴδὲ συνδικῆσαι τῷ δήμῳ, μὴδὲ ἀρχὴν ἀρχέτω μὴδεμίαν, μήτε ἐνδημιον μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν μήτε χειροτονητὴν, μὴδ' ἐπὶ κηρυκίαν ἀποστελλέσθω, μὴδὲ γνώμην λεγέτω, μὴδ' εἰς τὰ δημοτελεῖ ἱερὰ εἰσίστω, μὴδ' ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανηφορίαις στεφανούσθω, μὴδ' ἐντός τῆς ἀγορᾶς τῶν περιρραντηρίων πορευέσθω. Ἐὰν δὲ τις ταῦτα ποιῆ, καταγνωσθέντος αὐτοῦ ἐταιρεῖν θανάτῳ ζημιούσθω.]

22. Τοῦτον μὲν τὸν νόμον εἶπε περὶ τῶν μειρακίων τῶν προχείρων εἰς τὰ ἑαυτῶν σώματα ἐξαμαρτανόντων· ὅς δὲ ὀλίγῳ πρότερον ὑμῖν ἀνέγνω, περὶ τῶν παίδων· ὅς δὲ νυνὶ μέλλω λέγειν, περὶ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων. Ἀπαλλαγείς γάρ τῶν νόμων τούτων, ἐσκέψατο τίνα χρῆ τρόπον συλλεγομένους ἡμᾶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν βουλευέσθαι περὶ τῶν σκουδαιοτάτων πραγμάτων. Καὶ πόθεν ἀρχεται; νόμοι, φησί, περὶ εὐκοσμίας. Ἀπὸ σωφροσύνης πρώτον ἤρξατο, ὡς ἔκου κλειστή εὐκοσμία ἐστὶ, ταύτην ἀριστα τὴν πόλιν οἰκισμένην. (23) Καὶ πῶς δὲ κελεύει τοὺς προέδρους γρηματίζειν; ἐπειδὴν τὸ καθάρσιον περινεχθῆ καὶ ὁ κῆρυξ τὰς πατρίους εὐχὰς εὐξῆται, προχειροτονεῖν κελεύει τοὺς προέδρους περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων καὶ κῆρυξ καὶ πρεσβείαις καὶ δόσιον, καὶ μετὰ ταῦτα ἱεροῦτῃ ὁ κῆρυξ· Ἐἰ ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ

ORATORES. — T. II.

pueri necessariis, patre, fratribus, tutore, magistis, denique iis in quorum is potestate est : ubi autem in album civitatis inscriptus fuerit, et leges civitatis didicerit ac cognorit, et jam inter honesta et turpia discernere potuerit, non jam cum aliis agit, sed cum ipso. Quomodo autem dicit? (19) Si quis, inquit, Atheniensium corpore quaestum fecerit, ei non liceat in novem archontum numerum cooptari — eo fortasse quod coronam gestat is magistratus — : neque sacerdotio fungatur — ut qui ne ore quidem puro loquatur — : neque cum populo judicet : neque ullum magistratum unquam administrato, vel domi vel peregre, sive sortitione, sive suffragio mandari solitum : neque facialem neque legatum agat, neque legatione functos accuset, aut calumnie tur mercede conductus : (20) neque unquam sententiam dicat, vel in senatu, vel apud populum, tametsi eloquentissimus fuerit Atheniensium. Qui secus fecerit, eum impudicitiae accusandi lex potestatem dedit, pœnasque gravissimas statuit. Recita et hanc legem, ut sciat, quum tam pulcras et honestas leges habeamus, Timarchum fuisse ausum verba facere pro concione, quum iis moribus sit, quibus eum vos esse nostis.

LEX.

21. [Si quis Atheniensis se prostituerit, ei ne liceat in novem archontes cooptari, nec rem divinam facere, non cum populo judicare, nec ullo fungi magistratu sive domi sive peregre sive sortito sive suffragio mandari solito, neque facialis mittatur, neque sententiam dicat, neque in publica fana ingrediatur, neque in festis solennibus de more coronam gestet, neque intra fori spatium aqua lustrali circumscriptum progrediatur : si quis autem hæc fecerit, impudicitiae condemnatus, morte mulctetur.]

22. Hanc legem in adolescentulos tulit, qui facile in sua corpora nefas admittunt : quas autem paulo ante recitavi, esse ad pueros pertinent : quas nunc dicturus sum, ad ceteros Athenienses. Absolūtis enim his legibus, consideravit, quo pacto nos in concionem convenire, ac de rebus gravioribus deliberare deceat. Unde autem auspicatur? Leges, inquit, de disciplina. A modestia primum auspicatur : quasi, ubi optima disciplina sit, ibi civitatem maxime florere sit necesse. (23) Et quo pacto jubet præsides de publicis negotiis agere? Ubi lustralia circumgestata fuerint, et præco patria vota peregerit, in primis ad concionem referre jubet præsides de patriis sacris et caduceatoribus et legatis et publicis negotiis : deinde rogat præco, Quis eorum

πεντήκοντα ἔτη γεγονότων; » Ἐπειδὴν δὲ οὗτοι πάντες εἰπωσι, τότε ἤδη κελύει λέγειν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον, οὗς ἔξεστιν. (26) Σκέψασθε δὴ ὡς καλῶς, ὡς Ἀθηναῖοι. Οὐκ ἠγνόει, οἴμαι, ὁ νομοθέτης ὅτι οἱ πρεσβύτεροι τῶ μὲν εὖ φρονεῖν ἀκμαῖζουσιν, ἡ δὲ τόλμα ἤδη αὐτοὺς ἀρχεται ἐπιλείπειν διὰ τὴν ἐμπειρίαν τῶν πραγμάτων. Βουλόμενος δὴ συνεθίσαι τοὺς ἀρίστα φρονούντας, τούτους ἐπάναγκας περὶ τῶν πραγμάτων λέγειν, ἐπειδὴ ὀνόματι αὐτῶν ἕνα ἕκαστον ἀπορεῖ προσεῖπειν, τὴν ἐπωνυμίαν τῆς ὅλης ἡλικίας ὑπολαβῶν παρακαλεῖ ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ προτρέπει δημηγορεῖν. Ἄμα δὲ τοὺς νεωτέρους διδάσκει αἰσχύνεσθαι τοὺς πρεσβυτέρους καὶ πάνθ' ὑστέρους πράττειν καὶ τιμᾶν τὸ γῆρας, εἰς δὲ πάντες ἀφιζόμεθα, ἐὰν ἄρα διαγενόμεθα. (26) Καὶ οὕτως ἦσαν σώφρονες οἱ ἀρχαῖοι ἐκαίνοι ῥήτορες, ὁ Περικλῆς καὶ Θεμιστοκλῆς καὶ ὁ Ἀριστίδης ὁ τὴν ἀνόμιον ἐπωνυμίαν ἔχων Τιμάρχῳ τούτῳ, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος, ὥστε δὲ νυνὶ πάντες ἐν εἰδῇ πράττομεν, τὸ τὴν χεῖρα ἔξω ἔχοντες λέγειν, τότε τοῦτο θρασυ τὴ ἰδοῦμαι εἶναι καὶ εὐλαβοῦντο αὐτὸ πράττειν. Μέγα δὲ πάντοιοι σημείον ἔργῳ ὑμῖν οἴμαι ἐπιδείξειν· εὐ γὰρ οἶδ' ὅτι πάντες ἐκτεπλευκάτε εἰς Σαλαμίνα καὶ τεθέασθε τὴν Σόλωνος εἰκόνα, καὶ αὐτοὶ μαρτυρήσαιτ' ἂν ὅτι ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Σαλαμινίῳ ἀνάκειται ὁ Σόλων ἐντὸς τὴν χεῖρα ἔχων. Τοῦτ' ἔστιν, ὡς Ἀθηναῖοι, ὑπόμνημα καὶ μίμημα τοῦ Σόλωνος σχήματος, ὃν τρόπον ἔχων αὐτὸς διελέγετο τῶ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων. (26) Σκέψασθε δὲ, ὡς Ἀθηναῖοι, ὅσον διαφέρει ὁ Σόλων Τιμάρχου καὶ οἱ ἄνδρες ἐκαίνοι ὧν ὀλίγω πρότερον ἐν τῷ λόγῳ ἐπαμνήσθην. Ἐκαίνοι μὲν γε ἡσχύνοντο ἔξω τὴν χεῖρα ἔχοντες λέγειν, Τιμάρχος δὲ οὕτω οὐ πάλα ἀλλὰ πρόψην ποτὲ ῥίψας θοιμάτιον γυμνὸς ἐπακραταίεζεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οὕτω κακῶς καὶ αἰσχροῦς διακείμενος τὸ σῶμα ὑπὸ μέθης καὶ βδελυρίας, ὥστε τοὺς γε εὖ φρονούντας ἐγκαλύψασθαι, αἰσχυνθέντας ὑπὲρ τῆς πόλεως εἰ τοιούτοις συμβούλοις χρῴμεθα. (27) Ἄ συνιδῶν ὁ νομοθέτης διαρρήδην ἀπέδειξεν ὅς χρὴ δημηγορεῖν καὶ ὅς οὐ δεῖ λέγειν ἐν τῷ δήμῳ. Καὶ οὐκ ἀπαλαύνει ἀπὸ τοῦ βήματος εἰ τις μὴ προγόνων ἔστι τῶν ἐστρατηγηκότων, οὐδὲ γε εἰ τέλην τινὰ ἐργάζεται ἐπικουρῶν τῇ ἀναγκαίᾳ τροφῇ· ἀλλὰ τοὺς καὶ μάλιστα ἀσπάζεται, καὶ διὰ τοῦτο

40 πολλὰκις ἐπερωτᾷ τῆ ἀγορεύειν βούλεται. (28) Τίνας δ' οὐκ ἦστο δεῖν λέγειν; τοὺς αἰσχροῦς βεβιωκότας; τοὺς οὐκ ἐξ ἀδημηγορεῖν. Καὶ ποῦ τοῦτο ἐηλοῖ; δοκιμασία, φησὶ, ῥητόρων. Ἐάν τις λέγῃ ἐν τῷ δήμῳ τὸν πατέρα τύπτω ἢ τὴν μητέρα, ἢ μὴ τρέφων, ἢ μὴ παρέγων οἰκισιν, τοῦτον οὐκ ἐξ λέγειν. Νῆ Δία καλῶς γε, ὡς ἐγὼ φημι. Διὰ τί; ὅτι εἰ τις, ὅς ἐξ ἴσου δεῖ τιμᾶν τοῖς θεοῖς, εἰς τούτους ἔστι φαῦλος, τί ποτε, ὅ φησὶν, ὑπ' αὐτοῦ πείσσονται οἱ ἀλλότριοι καὶ ἡ πόλις ὅλη; (28) Καὶ τίσι δεύτερον ἀπέπειε μὴ λέγειν; ἢ τὰς στρατείας, φησὶ, μὴ ἐστρατευμένος ὄσαι ἂν αὐτῶ προσεχθῶσιν, ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκῶς, δίκαια λέγων.

qu' annum ætatis quinquagesimum excesserint verba facere vult? Ubi autem hi omnes dixerint, tum demum jubet ceterorum Atheniensium quemvis ex iis quibus liceat, dicere (24) Considerate, Athenienses, quam recte. Non ignorabat nimirum legislator, in natu majoribus vigere prudentiam, audaciam autem incipere jam deficere in eis, ob usum rerum. Volens igitur prudentissimos quosque consuefacere, ut sententiam necessario sibi dicendam putarent : quum uniuscujusque nominatim appellandi facultatem non haberet, communi totius ætatis cognomine usurpato, ad suggestum eos vocal, et ad habendas conciones adhortatur : eademque opera etiam adolescentes reverentiam erga seniores adhibendam esse docet, eisque priorem in rebus omnibus locum concedendum, et honorem senectuti habendum, ut ad quam perventuri simus omnes, nisi nos fata interceperint. (25) Itaque veteres illi oratores, Pericles, Themistocles, Aristides, qui dissimile Timarcho cognomen habet, quippe qui justus appelletur, adeo modesti fuerunt, ut, quod nunc de more omnes facimus, ut prolata manu dicamus, id tum audaciæ tribuerint, et verecundati sint. Cujus ego consuetudinis me re ipsa magnum vobis argumentum ostensurum arbitror. Satis enim scio, vos omnes trajecisse Salaminem, et Solonis spectasse statuum : itaque ipsi testari potestis, Solonem in foro Salaminiorum positum esse manu intra vestem condita. Illud est monumentum, Athenienses, et simulacrum gestus Solonis, quo pacto cum populo Atheniensium sermonem habuerit. (26) Considerate autem, Athenienses, quantum inter Solonem et Timarchum intersit, et eos viros quorum paulo ante mentionem feci. Illos enim puduit extenta manu verba facere : iste autem non olim sed nuper aliquando abjecta veste nudus toto corpore pugilem agebat in concione : et quidem corpore ob ebrietatem et petulantiam ita male turpiterque affecto, ut homines cordati oculos velarent, verecundantes reipublicæ vicem, quæ talibus consultoribus uteretur. (27) Quibus rebus legislator perspectis, plane demonstravit, quibus conciones sicut habendæ, et quibus apud populum verba faciendæ non sint. Neque vero a suggestu repellit quemquam qui viro prætorio natus non est, aut qui artem aliquam exeret victus parandi causa : sed hos vel maxime amplectitur, eaque de causa sæpe interrogat, quis dicere velit? (28) Quos vero a dicendo repulit? Qui turpem vitam egerunt, eos concionari non sinit. Atque ubi id declarat? In capite De oratorum exploratione. Si quis, inquit, publice verba facere velit, qui patrem aut matrem verberat, aut non alit, aut eis domum non præbet, hunc verba facere non sinit. Idque recte melhercule, mea quidem sententia. Cur? Quodsi quis erga eos officio non fungitur, qui pari cum diis immortalibus honore sunt afficiendi : is quo pacto alios homines tractabit et totam civitatem? (29) Quibus secundo loco habendis concionibus interdixit? Si quis, inquit, imperatas sibi expeditiones non obierit, aut clypeum abjecerit.

Τί δή ποτε; ἀνθρώπει, τῇ πόλει ὑπέρ ἧς τὰ ὄπλα μὴ τίθεσαι ἢ διὰ δειλίαν μὴ δυνατὸς εἶ ἐπαμῦναι, μηδὲ συμβουλεύειν ἀξίου. Τρίτον τίσι διαλέγεται; ἢ πεπορευμένους, φησίν, ἢ ἠταιρηκῶς· τὸν γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἐφ' ἕβραι πεπρακῶτα καὶ τὰ κοινὰ τὰ τῆς πόλεως βραδίως ἠγήσατο ἀποδώσεισαι. (30) Τέταρτον τίσι διαλέγεται; ἢ τὰ πατρώα, φησί, κατεδεδωκὸς ἢ ὧν ἂν κληρονόμος γένηται· τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς οἰχίσαντα καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παρακλησίως ἠγήσατο διαθήσειν, καὶ οὐκ ἐδῶκεν οἶόν τ' εἶναι τῶ νομοθέτῃ τὸν αὐτὸν ἀνθρώπον ἰδίαν μὲν εἶναι πονηρὸν δημοσίᾳ δὲ χρηστόν, οὐδ' ὤφετο δεῖν ὁ νομοθέτης τὸν ῥήτορα ἦκειν ἐπὶ τὸ βῆμα τῶν λόγων ἐπιμεληθέντα πρότερον ἀλλ' οὐ τοῦ βίου. (31) Καὶ παρὰ μὲν ἀνδρὸς καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, κἂν πάνυ κακῶς καὶ ἀπλῶς ῥηθῇ, χρήσιμα τὰ λεγόμενα ἠγήσατο εἶναι τοῖς ἀκούουσι· παρὰ δὲ ἀνθρώπου βδελυροῦ καὶ καταγαλάστος μὲν κεχρημένου τῶ ἑαυτοῦ σώματι, αἰσχροῦ δὲ τὴν πατρώων οὐσίαν κατεδεδωκὸς, οὐδ' ἂν εὖ πάνυ λεγθῇ συνοίσειν ἠγήσατο τοῖς ἀκούουσι. (32) Τούτους οὖν ἐξείργει ἀπὸ τοῦ βήματος, τούτους ἀπαγορεύει μὴ δημηγορεῖν. Ἐάν τις παρὰ ταῦτα μὴ μόνον λέγῃ, ἀλλὰ καὶ συκοφαντῇ καὶ ἀσελγαίνῃ καὶ μηκέτι τοιοῦτον ἀνθρώπον δύνηται φέρειν ἢ πόλις, δοκιμασίαν μὲν, φησίν, ἐπαγγελιάτω Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστιν, ὑμᾶς δ' ἦδη κελεύει περὶ τούτων ἐν τῶ δικαστηρίῳ διαγινώσκειν· καὶ νῦν ἐγὼ κατὰ τοῦτον τὸν νόμον ἦκω πρὸς ὑμᾶς.

33. Ταῦτα μὲν οὖν πάλαι νενομοθέτηται· ὑμεῖς δ' ἐτι προσέθετε καινὸν νόμον μετὰ τὸ καλὸν παγκρατίον ὁ οὐτός ἐπακρατίασεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὑπεραισχυθέντες ἐπὶ τῶ πράγματι, καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἀποκληροῦν φάλην ἐπὶ τὸ βῆμα ἧτις προεδρεύσει. Καὶ τί προσέταξεν ὁ τιθεὶς τὸν νόμον; καθῆσθαι κελεύει τοὺς φυλάτας βοηθοῦντας τοῖς νόμοις καὶ τῇ δημοκρατίᾳ, ὥς, εἰ μὴ βοηθείαν ποθεν μεταπεμφόμεθα ἐπὶ τοὺς οὕτω βεβιωκότας, οὐδὲ βουλεύεσθαι δυναστομένους ἡμᾶς περὶ τῶν σπουδαιοτάτων πραγμάτων. (34) Ἔστι δ' οὐδὲν ὀφελος, ὡ Ἀθηναῖοι, ζητεῖν τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους ἀπελάθειν ἀπὸ τοῦ βήματος ταῖς κραυγαῖς· οὐ γὰρ αἰσχύνονται· ἀλλὰ ταῖς τιμωρίαις τούτους ἀπεθίξιν χροῖ· μόως γὰρ ἂν οὕτως ἀνεκτοὶ γένοιτο.

Ἀναγνώσεται οὖν ὑμῖν τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῆς εὐκοσμίας κειμένους τῶν ῥητόρων καὶ τὸν περὶ τῆς προεδρείας τῶν φυλῶν νόμον, ἐν Τίμαρχος ὁμοίᾳ καὶ ἔταροι τοιοῦτοι ῥήτορες συνελθόντες γαγραμμένοι εἰσὶ μὴ ἐπιτηδίοις εἶναι, ἐν' ἐξῆ πράττειν αὐτοῖς καὶ λέγειν καὶ ζῆν ὡς αὐτοὶ βούλονται.

NOMOI.

35. [Τῶν ῥητόρων ἐάν τις λέγῃ ἐν βουλῇ ἢ ἐν δήμῳ περὶ τοῦ εἰσφερομένου μὴ χωρὶς περὶ ἐκάστου, ἢ δις περὶ τοῦ αὐτοῦ ὁ αὐτὸς τῆς αὐτῆς, ἢ λοιδορεῖται, ἢ κακῶς ἀγορεύῃ τινά,

Recte. Cur tandem? Homo, ei civitati, pro qua arma non sumis, cuique ob ignaviam opem ferre non potes, ne consilium quidem dare velis. Tertio cum quibus agit? Si quis, inquit, meretricium quæstum fecerit aut pudicitiam prostituerit. Nam qui suum corpus ad ignominiam venderit, enim etiam reipublicæ negotia facile vendituro putavit. (30) Quarto loco, cum quibus agit? Si quis patrimonium, aut hereditaria bona, per luxum absumperit. Nam qui suam familiam male administravit, eodem modo rempublicam etiam curaturum censuit. Neque fieri posse existimavit legislator, ut idem homo et privatim esset improbus, et publice bonus: aut decere, ut orator suggestum conscenderet, qui orationis habendæ prius quam degendæ vitæ rationem duxisset. (31) Nam viri boni orationem quamvis nudam, quamvis simplicem, auditoribus profuturam; hominis autem improbi, qui et corpus suum risui exposuerit, et patrimonium turpiter devoravit, quantumvis ornatum, non e re fore auditorum. (32) Hos ergo repellit a suggestu: hi concionibus interdicunt. Quodsi quis contra hæc non tantum verba faciat, sed et calumniatorem agat, et petulanter sese gerat, ut eum civitas diutius ferre non possit: in eum, inquit, civium quilibet, cui fas est, censoriam actionem instituat: vosque jubet de eo jam pro tribunali decernere. Ego itaque nunc ex hac lege venio ad vos.

33. Et hæc quidem olim sancita sunt, vos vero adjecistis novam legem, post bellam istius pro concione luctam. Summo enim ob istud facinus pudore affecti, legem talis, in singulis concionibus sortito decernendam esse tribum, quæ præsideat circa suggestum. Et quid legis auctor jussit? Sedere tribules et defendere leges atque rempublicam: quod nisi allicunde auxilia contra homines his moribus præditos accersiverimus, ne deliberandi quidem gravissimis de rebus facultatem simus habituri. (34) Inanis autem opera sumitur, Athenienses, si tales homines clamoribus a suggestu depellere studeatis, — neque enim eos pudet —, sed supplicii eorum consuetudo est coercenda: nam ita demum ferri possunt.

Recitabuntur igitur vobis leges de oratorum disciplina latæ, et ea quæ de præside tribu agit: quam Timarchus et alii hujusmodi oratores per conspersionem, quasi e re publica non esset, abrogare studuerunt, ut eis suo arbitratu et facere et dicere omnia, et vivere liceret.

LEGES.

35. [Si quis oratorum in senatu, aut pro concione, vel non seorsum de re proposita, vel bis de eadem re apud eosdem dixerit, sive conviciando, sive maledicendo alicui, sive pede suppiendo,

ἡ ὑποκορή, ἡ χρηματιζόντων μεταξὺ ἀνεστη-
κῶς λέγη περί του μὴ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἡ πα-
36 ρακελεύεται ἡ ἄλλη τὸν ἐπιστάτην, ἀφειμένης
τῆς ἐκκλησίας ἢ τῆς βουλῆς κυριευέωσαν οἱ
πρόεδροι μέχρι πενήκοντα δραχμῶν καθ' ἕκα-
στον ἀδίκημα ἐπιγράφει τοῖς πράκτορσιν. Εἰ
δὲ πλεονος ἀξίος ἐστὶ ζημίας, ἐπιβαλόντες μέ-
χρι πενήκοντα δραχμῶν εἰσφερέτωσαν εἰς τὴν
βουλήν ἢ εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν. Ὅταν
δ' ἐξίωσι κλήσεις, κρινάτωσαν καὶ ἐὰν κατα-
60 γνωσθῇ αὐτοῦ κρύβδην ψηφίζομένων, ἐγγραψάτω-
σαν οἱ πρόεδροι τοῖς πράκτορσιν.]

36. Τῶν μὲν οὖν νόμων ἀκηχάτε, ὡς Ἀθηναῖοι, καὶ
εὔ οἷδ' ὅτι δοκοῦσιν ὑμῖν καλῶς ἔχειν. Τούτους μέντοι
τοὺς νόμους εἶναι χρησίμους ἢ ἀχρήστους ἐφ' ὑμῖν ἐστὶν
ἐὰν μὲν γὰρ κολάζητε τοὺς ἀδικούντας, ἴσονται ὑμῖν οἱ
νόμοι καλοὶ καὶ κύριοι, ἐὰν δ' ἀφίητε, καλοὶ μόνον,
κύριοι δὲ οὐκέτι.

6 37. Βούλομαι δ', ὥσπερ ἐπεθέμην ἀρχόμενος τοῦ λό-
γου, ἐπειδὴ περί τῶν νόμων εἴρηκα, πάλιν τὸ μετὰ
τούτου ἀντετάσσει τοὺς τρόπους τοῦς Τιμάρχου, ἵν' εἰ-
δῆτε ὅσον διαφέρουσι τῶν νόμων τῶν ὑμετέρων. Δέομαι
δ' ὑμῶν, ὡς Ἀθηναῖοι, συγγνώμην μοι ἔχειν, ἐὰν ἀναγ-
καζόμενος λέγειν περί ἐπιτηδευμάτων φύσει μὲν μὴ
6 καλῶν, τούτω δὲ πεπραγμένων, ἐξαγῶ τι ῥῆμα εἰπεῖν
δ' ἐστὶν ὁμοιον τοῖς ἔργοις τοῖς Τιμάρχου. (38) Οὐδὲ
γὰρ ἂν δικαίως ἐμοὶ ἐπιτιμήσατε, εἰ τι σαφῶς εἴποιμι
διδάσκειν βουλόμενος, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τούτω, εἰ
αἰσχροῦς οὕτω τυγχάνει βεβιωκῶς ὥστε τὸν τὰ τούτω
πεπραγμένα διεξιόντα ἀδύνατον εἶναι εἰπεῖν ὡς αὐτὸς
βούλεται, ἐὰν μὴ τι καὶ τῶν τοιούτων φθέγγεται ῥη-
10 μάτων. Εὐλαθήσομαι δ' αὐτὸ ποιεῖν ὡς ἂν δύνωμαι
μάλιστα.

38. Σκέψασθε δὲ, ὡς Ἀθηναῖοι, ὡς μετρίως μέλλω
προσφέρεισθαι Τιμάρχῳ τούτω. Ἐγὼ γὰρ ὅσα μὲν παῖς
ἂν εἰς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἠμάρτηκεν ἀφίημι, καὶ ἔστω
ταῦτα ἄκυρα ὥσπερ τὰ ἐπὶ τῶν τριάκοντα καὶ τὰ πρὸ
Εὐκλείδου ἢ εἰ τις ἄλλη πώποτε τοιαύτη γέγονε προθε-
σμία· ἀ δὲ ἤδη φρονῶν καὶ μεράκιον ἂν καὶ τοὺς νό-
18 μους ἐπιστάμενος τοὺς τῆς πόλεως διαπέπρακται, περί
τούτων ἔγωγε τὰς κατηγορίας ποιήσομαι καὶ ὑμᾶς ἐπ'
αὐτοῖς ἀξίως σπουδαίξεν.

40. Οὗτος γὰρ πρῶτον μὲν πάντων, ἐπειδὴ ἀπηλλάγη
ἐκ παίδων, ἐκάθητο ἐν Πειραιεὶ ἐπὶ τοῦ Εὐθυδικοῦ ἰα-
τρείου, προφάσει μὲν τῆς τέχνης μαθητής, τῇ δ' ἀλη-
θείᾳ πωλεῖν αὐτὸν προηρημένος, ὡς αὐτὸ τοῦργον ἔδει-
ξεν. Ὅσοι μὲν οὖν τῶν ἐμπόρων ἢ τῶν ἄλλων ξένων
ἢ τῶν πολιτῶν τῶν ἡμετέρων κατ' ἐκείνους τοὺς χρό-
20 νους ἐχρήσαντο τῷ σώματι Τιμάρχου, ἐκὼν καὶ τού-
τους ὑπερβήσομαι, ἵνα μὴ μέ τις εἴπῃ ὡς ἄρα λίαν
ἀκριβολογοῦμαι πάντα· ὧν δ' ἐν ταῖς οἰκίαις γέγονε

vel inter decernendum assurgens importune lo-
cutus fuerit de rebus a suggestu alienis, vel ali-
quem concitarit, vel praefectum traxerit, dimissa
concione aut senatu, ejus mulctandi potestas esto
penes praesides usque ad L drachmas in singula
delicta mulctam imponendi et in tabulas exacto-
ribus tradendas inscribendi. Quodsi graviozem
meruisse poenam videbitur, indicta mulcta usque
ad L drachmas, deferunt ad senatum aut ad pri-
mam concionem in curia. Ubi autem citationes
recensuerint, judicant; quod si condemnatus
fuerit, clam suffragia ferentibus senatoribus, praesides mulctam in tabulas exactorum referunt.]

36. Leges audivistis, Athenienses: neque dubito quin
eae vobis probandae esse videantur. Ceterum utrum eae le-
ges ratae irritae sint, id penes vos est. Nam si quidem in-
jurious homines punieritis, leges vobis et bonae et ratae
erunt: sin absolveritis, bonae illae quidem erunt, ratae non
erunt.

37. Volo autem, quemadmodum orationis initio propo-
sui, postquam dixi de legibus, jam tandem Timarchi mores
cum eis conferre: ut sciatis quantum ii discrepent a vestris
legibus. A vobis vero peto, Athenienses, ut veniam mihi
detis, si quid fuero dicere coactus de studiis, non quidem
natura honestis, sed ab isto tamen usurpatis, atque verbum
aliquod mihi exciderit factis Timarchi simile. (38) Neque
enim jure me reprehendetis, si quid plane dixero, quo vos
edoceam: sed multo magis istum, qui adeo flagitiose vixit,
ut qui facta ejus commemorat, suo arbitratu dicere non
possit, nisi verba etiam quaedam hujusmodi proferat. Dabo
tamen operam, ut quam modestissime id faciam.

39. Velim autem consideretis, Athenienses, quanta aequi-
tate sim acturus cum Timarcho. Nam quae delicta puer
adhuc in suum corpus admisit, omitto, eaque nihil valeant,
ut ea quae sub triginta tyrannorum dominatu, aut ante praer-
tutam Euclidis acta sunt, aut si quod aliud hujusmodi praer-
finitum tempus exstitit: quae vero jam sui compos, quae
adolescens, quae legum civitatis gnarus admisit, ea demum
accusabo, eaque vobis uti curae sint, oro.

40. Iste primum omnium pueritiam egressus sedit in Pi-
raeo, in Euthydici medici taberna, per speciem discendae
artis, quum, si res ipsa spectetur, se venditare instituisset,
ut eventus declaravit. Qui porro mercatores, aut alii ho-
spites, aut nostri cives illis temporibus Timarchi corpore
fuerint abusi, hoc quoque ultro praeteribo: ne quis fortasse
dicat, me accuratius omnia persequi: quorum autem in

καταισχύνειν τὸ σῶμα τὸ αὐτοῦ καὶ τὴν πόλιν, μισαρ-
 νῶν ἐπ' αὐτῷ τοῦτω δ' ἀπαγορεύει ὁ νόμος μὴ πράττειν
 ἢ μὴ δημηγορεῖν, περὶ τούτων ποιήσομαι τοὺς λόγους.
 (41) Μισγόλας ἔστι τις Ναυκρατίου, ὃς Ἀθηναῖος, Κολ-
 λυταῦς, ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς κἀγαθός, καὶ οὐδαμῆ
 25 ἐν τις αὐτὸν μέμψαιτο, περὶ δὲ τὸ πρᾶγμα τοῦτο δαι-
 μονίως ἐσπουδακὸς καὶ αἰεὶ τινας ἔχειν εἰωθὸς περὶ αὐ-
 τὸν κιθαρωδοῦς ἢ κιθαριστάς. Ταῦτι δὲ λέγω οὐ τοῦ
 φορτικῷ ἕνεκα, ἀλλ' ἐν' αὐτὸν γνωρίστης ὅστις ἔστιν.
 Οὗτος αἰσθόμενος ὧν ἕνεκα τὰς διατριβὰς ἐποίειτο Τί-
 μαρχος οὕτως ἐπὶ τοῦ ἰατρείου, ἀργύριόν τι προαναλώ-
 σασ ἀνέστησεν αὐτὸν καὶ ἔσχε παρ' αὐτῷ, εὐσαρκον
 ὄντα καὶ νέον καὶ βδελυρὸν καὶ ἐπιτήδειον πρὸς τὸ
 30 πρᾶγμα ὃ προηρεῖτο ἐκείνος μὲν πράττειν, οὗτος δὲ πά-
 σχειν. (42) Καὶ ταῦτα ποιεῖν οὐκ ὤκνησεν ἀλλ' ὑπέστη
 Τίμαρχος οὕτως οὐδενὸς ὧν τῶν μετρίων ἰνδεδής· πολλὴν
 γὰρ πάνυ κατέλιπεν ὁ πατὴρ αὐτῷ οὐσίαν, ἣν οὗτος κα-
 τεῖδῃδακεν, ὡς ἐγὼ προϊόντος ἐπιδείξω τοῦ λόγου· ἀλλ'
 ἔπραξε ταῦτα δουλεύων ταῖς αἰσχίσταις ἡδοναῖς, ὀφο-
 ραγίαις καὶ πολυτελείαις δαίπνων καὶ αὐλητρίσι καὶ
 ἑταίραις καὶ κύβοις καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅφ' ὧν οὐδενὸς δεῖ
 35 κρατεῖσθαι τὸν γενναῖον καὶ ἐλευθέρου. Καὶ οὐκ ἠσχύνθη
 ὁ μιὰρὸς οὗτος ἐκλιπῶν μὲν τὴν πατρῶαν οἰκίαν, δικαι-
 τώμενος δὲ παρὰ Μισγόλα οὔτε πατρικῶ ὄντι φιλοῦσθ'
 ἢλικιωτῆ οὔτε παρ' ἐπιτρόπῳ, ἀλλὰ παρ' ἄλλοτρίῳ καὶ
 πρεσβυτέρῳ αὐτοῦ, καὶ παρ' ἀκολάστῳ περὶ ταῦτα
 ὥραϊος ὧν. (43) Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα καταγέλαστα
 πέπρακται Τίμαρχῳ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, ἐν δὲ
 40 ὃ καὶ διηγῆσασθαι ἡμῖν βούλομαι. Ἦν μὲν Διονυσίων
 τῶν ἐν ἄστει ἢ ποιμητῆ, ἐπόμπειον δ' ἐν τῷ αὐτῷ ὃ τε
 Μισγόλας ὁ τοῦτον ἀνειληφὸς καὶ Φαῖδρος Καλλίου
 Σφήττιος. Συνθεμένου δ' αὐτοῖς συμπομπέειν Τιμά-
 ρου τουτοῦ, οἱ μὲν περὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν διέτρι-
 βον, οὗτος δὲ οὐκ ἐπανήκε. Παρωξυμένους δὲ πρὸς τὸ
 πρᾶγμα ὁ Μισγόλας ζήτησιν αὐτοῦ ἐποίειτο μετὰ τοῦ
 Φαῖδρου, ἐξαγγελθέντος δ' αὐτοῖς εὐρίσκουσι τοῦτον ἐν
 7 συνοικίᾳ μετὰ ξένων τινῶν συναριστῶντα. Διαπειλησα-
 μένου δὲ τοῦ Μισγόλα καὶ τοῦ Φαῖδρου τοῖς ξένοις καὶ
 κελυόντων ἤδη ἀκολουθεῖν εἰς τὸ δεσμωτήριον, ὅτι μει-
 ράχιον ἐλευθέρου διέφθειραν, φοβηθέντες οἱ ξένοι ὄχοντο
 φεύγοντες, καταλιπόντες τὰ παρεσκευασμένα. (44) Καὶ
 ταῦθ' ὅτι ἐγὼ ἀληθῆ λέγω, ἅπαντες ὅσοι κατ' ἐκείνους
 8 τοὺς χρόνους ἐγίνωσκον Μισγόλαν καὶ Τίμαρχον, ἴσασιν.
 Ἦ δὲ καὶ πάνυ χαίρω ὅτι μοι γέγονεν ἡ δίκη πρὸς ἀν-
 θρωπον οὐκ ἠγνομημένον ὅφ' ἡμῶν, οὐδ' ἀπ' ἄλλου γι-
 νωσκόμενον οὐδενὸς ἢ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἐπιτηδέυματος
 περὶ ὃ καὶ τὴν ψῆφον μελέτε φέρειν. Περὶ μὲν γὰρ
 τῶν ἄγνωσμένων σαφεῖς ἴσως προσήκει τὰς ἀποδείξεις
 ποιῆσθαι τὸν κατηγοροῦν, περὶ δὲ τῶν ὁμολογουμένων οὐ
 λίαν ἔγωγε μέγα ἔργον εἶναι νομίζω τὸ κατηγορεῖν ἀνα-
 10 μνήσαι γὰρ μόνον προσήκει τοὺς ἀκούοντας. (45) Ἐγὼ
 τοίνυν καίπερ ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος, ἐπειδὴ ἐν
 δικαστηρίῳ ἔσμεν, γέγραφα μαρτυρίαν Μισγόλα ἀληθῆ
 μὲν οὐκ ἀπαίδευτον δέ, ὡς ἐγὼ ἐμαυτὸν πίθω. Αὐτὸ

ædibus cum sui corporis et civitatis probro vixerit, quos-
 tus ob eam rem faciendi causa, quam rem lex aut vitare
 aut concionibus abstinere et : his de rebus verba faciam.
 (41) Est quidam Collytensis Misgolas, Naucratis filius, Athe-
 nienses, vir cetera sane bonus nec ullo nomine reprehendendus,
 ceterum istius rei impotenter studiosus, quique continenter
 secum habere solet aliquos citharodos aut citharistas. Hæc dico
 non arguendi luxus causa, sed ut noverritis quis sit. Is ubi
 animadvertit, quibus de causis Timarchus in taberna medica
 versaretur, quum nonnihil nummorum insumpisset, inde
 hominem abduxit ad se, ut et habito corpore et adolescentem
 et petulantem et aptum ad eam rem, quam et ipse perpetrare
 et iste tolerare instituerat. (42) Neque vero id recusavit
 Timarchus, sed recepit, quum nulla re mediocri egeret
 (permagnas enim operæ ei pater reliquerat, quas iste decoxit,
 ut ego vobis in progressu orationis ostendam), sed ista fecit,
 ut turpissimis voluptatibus obsequeretur, delictis ciborum
 et sumptuosis cœnis et tibicinis et meretricibus, et tesseri
 ceterisque rebus, quarum nulla vinci debet generosum et
 liberale ingenium. Neque nefarium istum in flore ætatis
 suæ puduit, sed alienus et ipso natu grandior, et in ejusmodi
 rebus incontinens. (43) Timarchus igitur quum alia
 deridenda fecit illis temporibus, tum unum quiddam, quod
 vobis narrabo. Agebatur urbanorum Bacchanalium celebritas.
 Una porro festum celebrabant Misgolas, istius hospes, et
 Phædrus Calliæ F. Sphettius. Quum autem Timarchus
 promississet, se una cum iis festum acturum : illi dum ceteris
 rebus apparandis occupantur, iste non revertitur. Quam
 rem iniquo animo ferens Misgolas, una cum Phædro eum
 inquit : factoque indicio, deprehendunt in ædibus cum
 hospitibus quibusdam prandentem. Interminato autem
 Misgola et Phædro hospitibus, et jubente statim eos
 ambulare in carcerem, quod adolescentem ingentium
 corruptissent : hospites perterriti, fugam arripuerunt,
 relictis epulis. (44) Hæc vero a me dici, norunt omnes,
 qui iis temporibus Misgola et Timarchum noverunt :
 unde gaudeo mihi rem esse cum homine vobis non
 ignoto, neque ex alia re ulla noto, nisi ex eo flagitio,
 de quo pronuntiatum estis. Nam ignotas res accusatori
 fortassis perspicue sunt demonstrande : in confessis
 autem equidem non magni operis esse puto accusare ;
xii stadia distat, supplicante et obtestante matre ut reti-
meret, neque venderet, et, si non in aliud, saltem ad se-
pulturam suam reservaret, ne ab eo quidem prædio absti-
nuit : sed id quoque duobus drachmarum millibus vendidit.
Neque ancillarum aut servorum ullum retinuit, sed omnes
venundedit. Quæ non fingi a me ex eo intelligitur, quod
testimoniis declarabitur, hæc ei a patre relicta fuisse : quæ
si se vendidisse negat, corpora servorum in conspectum
producat. (100) Eundem etiam isti æs alienum reliquisse,
idque ab isto absumptum esse, Metagenis Sphettii testimo-
nio probabo : qui quidem illi amplius xxx minas debuerat ;
id vero quod reliquum fuerat, defuncto patre, Timarcho
reddidit, septem minas. Accerse mihi Metagenem Sphet-
tium. Sed primum omnium lege Nusicratidis testimonium,
qui ædes emit, et cetera cape omnia, quorum in oratione
mentionem feci.

TESTIMONIA.

101. Jam patrem ejus argenti non parum possedisse,
quod iste dissipavit, hoc vobis demonstrabo. Veritus enim
munera publica, possessiones quas habuit vendidit, præter
prædia supra commemorata : videlicet aliud prædium Ce-
phisiense, agrum Amphitropensem et officinas duas in ar-
gentifodinis : alteram in Aulone, alteram ad Thrasyllum.
Eas possessiones autem unde sit consecutus exponam.
(102) Tres fuerunt fratres : Eupolemus lanista, Arizelus
istius pater, et Arignotus, etiam nunc superstes, senex,
orbis oculis. Horum primus obiit Eupolemus, non diviso
patrimonio : secundus Arizelus, Timarchi pater. Qui, dum
vivebat, omnes facultates tractabat propter Arignoti mor-
bum et oculorum calamitatem atque obitum Eupolemi,
certamque Arignoto pecuniam, quam ei pro victu ordina-
rat, pensabat. (103) Ut autem Arizelus etiam, Timarchi
pater, obierat : primis quidem temporibus, dum iste puer
adhuc erat, Arignoto a tutoribus æqua omnia præstaban-
tur; posteaquam vero in album civitatis inscriptus erat Ti-
marchus, atque opes in suam redegerat potestatem, repulso
homine sene et calamitoso, eoque patruo suo, facultates
ipse disperdidit et ad victum necessaria tum Arignoto non
suppeditavit : sed tantis opibus privatum nomen inter invali-
dos dare passus est. (104) Denique, id quod est omnium gra-
vissimum, quum senex invalidorum explorationi non inter-
fuisset atque senatui pro mercede impetranda supplicasset,
iste quum et senator et præses eo die esset, illi patrocinari
noluit, sed amittere eum stipem, quam prytanis invalidis
erogare solent, passus est. Quæ ut vere me dicere constet,
voca Arignotum, ejusque testimonium recita.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

15 106. Ἄλλ' ἴσως ἂν τις εἴποι ὡς ἀποδόμενος τὴν πα-
τρώαν οἰκίαν ἑτέραν ἄλλοθὶ που τοῦ ἀστεος ἐκτίσατο,
ἀντὶ δὲ τῆς ἰσχυρίας καὶ τοῦ χωρίου τοῦ Ἄλωπεκῆσι
καὶ τῶν δημιουργῶν καὶ τῶν ἄλλων εἰς τάργυρεῖά τι
κατεσκευάσατο, ὥσπερ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ πρότερον.
Ἄλλ' οὐκ ἔστι τούτω λοιπὸν οὐδέν, οὐκ οἰκία, οὐ συν-
5 οικία, οὐ χωρίον, οὐκ οἰκίεται, οὐ δάνεισμα, οὐκ ἄλλ'
οὐδὲν ἀφ' ὧν ἄνθρωποι μὴ κακοῦργοι ζῶσιν. Ἄλλὰ
τούτῳ ἀντὶ τῶν πατρῶων περίεστι βδελυρία, συκοφαν-
τία, θράσος, τρυφή, δειλία, ἀναίδεια, τὸ μὴ ἐπίστα-
σθαι ἐρυθρῆν ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς· ἐξ ὧν ἂν ὁ κάκιστος καὶ
ἀλυσιτελέστατος πολίτης γένοιτο.

106. Οὐ τοίνυν μόνον τὰ πατρῶα κατεδήδοκεν, ἀλλὰ
καὶ τὰ κοινὰ τὰ ἑμέτερα, ὅσων πρόποτε κύριος γέγονεν.
10 Οὗτος γὰρ ταύτην τὴν ἡλικίαν ἔχων ἦν ὑμῖς ὄρατε,
οὐκ ἔστιν ἦντινα πρόποτ' οὐκ ἤρξεν ἀρχὴν, οὐδεμίαν
λαχῶν οὐδὲ χειροτονηθείς, ἀλλὰ πάσας παρὰ τοὺς
νόμους πριάμενος. Ἐν τὰς μὲν πλείστας παρήσω,
οὐεὶν δ' ἢ τριῶν μόνον μνησθήσομαι. (107) Λογιστῆς
γὰρ γενόμενος πλείστα μὲν τὴν πόλιν ἐβλαψε δῶρα
λαμβάνων παρὰ τῶν οὐ δικαίως ἀρξάντων, μάλιστα
15 δ' ἐσυκοφάντησε τῶν ὑπευθύνων τοὺς μηδὲν ἡδικοῦ-
τας. Ἦρξε δ' ἐν Ἀνδρῶν πριάμενος τριάκοντα μνῶν
τὴν ἀρχὴν, δανεισάμενος ἐπ' ἑνεία ὀβολοῖς τὴν μνῆν,
εὐπορίαν τῇ βδελυρίᾳ τῇ ἑαυτοῦ τοὺς συμμάχους τοὺς
ἑμετέρους ποιοῦμενος· καὶ τοσαύτην ἀσελγείαν ἐπεδεί-
ξατο εἰς ἐλευθέρων ἀνθρώπων γυναίκας, ἡλικίην οὐδεὶς
πρόποτ' ἕτερος. Ἐν οὐδένα ἐγὼ παρακαλῶ δεῦρο τὴν
ἑαυτοῦ συμφορὰν, ἦν εἴλετο σιγᾶν, εἰς πολλοὺς ἐμπαρ-
20 τυρῆσαι· ἀλλ' ὑμῖν τοῦτο καταλείπω σκοπεῖν. (108) Τί
δὲ προσδοκᾶτε; τὸν Ἀθηναίων ὕβριστὴν οὐκ εἰς τοὺς
ἄλλους μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ, νόμον
ὄντων, ὑμῶν ὄντων, ἐχθρῶν ἐφεστηκότων, τοῦτον
αὐτὸν λαβόντα ἀδειαν καὶ ἐξουσίαν καὶ ἀρχὴν τίς ἂν
ἐλπίζεεν ἀπολειπίνειαι τι τῶν ἀσελγιστάτων ἔργων;
Ἦδη νῆ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω πολλὰκις ἐνεθυμήθη
25 τὴν εὐτυχίαν τὴν τῆς ἑμετέρας πόλεως κατὰ πᾶλλα μὲν
καὶ ἄλλα, οὐχ ἥμισυ δὲ καὶ κατὰ ταῦτα, ὅτι κατ'
ἐκείνους τοὺς χρόνους οὐδεὶς ἐγένετο τῆς Ἀνδρῶν πό-
λεως ὠνητής.

109. Ἄλλ' ἴσως καθ' αὐτὸν μὲν ἀρχῶν φαῦλος ἦν,
μετὰ πλείων δὲ ἐπιεικής. Πόθεν; οὗτος, ὦ Ἀθηναῖοι,
βουλευτής ἐγένετο ἐπὶ ἀρχοντος Νικοφήμεου. Ἄπαντα
ἂν οὖν διεξελθεῖν ἂν ἐν τούτῳ τῶ ἑνιαυτῷ ἐκακούργησε,
πρὸς μικρὸν μέρος τῆς ἡμέρας οὐκ ἀξίον ἐπιχειρεῖν·
30 ἂ δ' ἐστὶν ἔγγυτάτω τῆς αἰτίας καθ' ἣν ἡ παρούσα κρί-
σις ἐστὶ, ταῦτ' ἐρῶ διὰ βραχέων. (110) Ἐπὶ τοίνυν τοῦ
αὐτοῦ ἀρχοντος ὅθ' οὗτος ἐβούλευε, ταμίης ἦν τῶν τῆς
θεοῦ Ἡγήσανδρος οὗτος ὁ Κρωβύλου ἀδελφός, ἐκλεπτον
δὲ τῆς πόλεως κοινῇ καὶ μάλα φιλεταίρους χιλίας δρα-
χμάς. Αἰσθόμενος δὲ τὸ πρᾶγμα ἀνὴρ ἐπιεικής Πάμ-
φίλος ὁ Ἀχεροῦσιος, προσπαρούσας τι τούτῳ καὶ παρο-

TESTIMONIUM.

105. At vero, dicit quispiam, eum, paternis aedibus ven-
ditis, quasdam alias in urbe comparasse : ac pro fundo et
Alopecensi praedio et opificibus ac ceteris, in argentifodinas
aliquid contulisse, ut et patrem ejus olim. Atqui nihil ei
restat, non domus, non insula, non fundus, non servi, non
aes alienum, non aliud quicquam, unde homines non ma-
lefici vivunt. Sed isti loco patrimonii superest improbitas,
calumnia, confidentia, deliciae, ignavia, impudentia, eru-
bescendi ob turpitudinem incititia : quibus e rebus civis pes-
simus et nequissimus confari queat.

106. Neque vero patrimonium dumtaxat absumpsit, sed
etiam publica vestra, quibus unquam potitus fuit. Nam is
quum ea sit aetate, quam vos videtis, nullus magistratus est
omnium, quem non gesserit, non illum quidem sorte obla-
tum, aut suffragio mandatam, sed omnes pretio contra leges
redemptos. Quorum ego plurimis omissis, duorum dum-
taxat aut trium faciam mentionem. (107) Logista factus,
plurimum reipublicae nocuit, quum muneribus ab iis acci-
piendis, qui rem male gesserant, tum iis maxime calu-
mniandis, qui rationes referebant, et nihil peccarant. Im-
peravit etiam Andri, imperio triginta minis redempto, ac
novenis obolis in minam pecunia mutuo sumpta : ut ve-
strorum sociorum opibus suam improbitatem expleret.
Tantumque petulantiam in hominum ingenuorum uxores
ostentavit, quantam nemo alius unquam : quorum ego ne-
minem huc voco ad suam calamitatem, quam silentio te-
gere statuit, publice testandam : sed id vobis relinquo
cogitandum. (108) Quid vero expectatis? Qui se Athe-
nis insolenter gerit, non in alios dumtaxat, sed et in suum
ipsius corpus, quum leges sint, quum vos videatis, quum ini-
mici ei immineant : eum licentiam nactum et auctoritatem
atque imperium, quis speret ullum praetermississe spurcissi-
mum facinus? Ac mihi profecto saepe subit felicitatem
nostrae urbis mirari, quum ob alia multa, tum ob illud
maxime, quod eo tempore nullus urbis Andriorum emptor
exstitit.

109. Sed fortassis ubi solus erat magistratus fuit improbus,
cum collegis autem moderatus. Unde? Iste, Athenienses,
senator factus est praetore Nicophemo. Attamen omnia
ejus facinora illo anno edita, exigua diei parte velle recen-
sere, absurdum fuerit : quae autem crimini hujus iudicii
maxime sunt affinia, ea exponam breviter. (110) Eodem
igitur archonte, quum iste senator esset, Minervae quaestor
fuit Hegesander, Crobyli frater. Furabatur autem clam et
communi consilio et concordia conjunctissimos sodalibus
digna mille drachmas civitati. Qua re vir bonus, Pamphilus
Acherdusius, cui cum isto simultatis aliquid intercedebat,

35 ζυνθείς, ἐκκλησίας οὔσης εἶπεν ἀναστάς « ὦ Ἄθηναῖοι, κλέπτουσι ὑμῶν ἀνὴρ καὶ γυνὴ κοινῇ χιλίας δραχμάς. »
 (111) Θαυμασάντων δ' ὑμῶν πῶς ἀνὴρ καὶ γυνὴ καὶ τίς δ' λόγος, εἶπε μικρὸν διαλιπὼν « ἀγνοεῖτε » ἔφη « ὅ τι λέγω; ὁ μὲν ἀνὴρ ἐστὶν Ἡγήσανδρος ἐκεῖνος νυνί, » ἔφη, « πρότερον δ' ἦν καὶ αὐτὸς Λεωδάμαντος γυνή· ἡ δὲ γυνὴ Τιμαρχος οὗτοςί. Ὁν δὲ τρόπον κλέπεται τὸ ἀργύριον, ἐγὼ ἐρῶ. » Μετὰ ταῦτα ἤδη διεξήει περὶ
 40 τοῦ πράγματος καὶ μάλα εἰδότης καὶ σαφῶς. Διδάξας δὲ ταῦτα « τί οὖν ἐστίν, » ἔφη, « ὦ Ἄθηναῖοι, ὁ συμβουλευῶς ὑμῖν; ἐάν μὲν ἡ βουλὴ καταγνοῦσα τουτοὶ ἀδικεῖν καὶ ἐκφυλορορήσασα δικαστηρίῳ παραδῶ, δότε τὴν δωρεάν αὐτοῖς, ἐάν δὲ μὴ κολάσασαι, μὴ δώτε, ἀλλ' εἰς ἐκείνην αὐτοῖς τὴν ἡμέραν ἀπομνημονεύσατε. » (112) Μετὰ ταῦτα ὡς ἐπανῆλθεν ἡ βουλὴ εἰς τὸ βουλευτήριον, ἐξεφυλορορήσασα μὲν αὐτόν, ἐν δὲ τῇ ψήφῳ καταδέξατο.
 16 Ὅτι δ' οὐ παρέδωκε δικαστηρίῳ οὐδ' ἐξήλασεν ἐκ τοῦ βουλευτηρίου, ἀγνοεῖται μὲν λέγων, ἀνάγκη δ' ἐστὶν εἰπεῖν οἱ τῆς δωρεᾶς ἀπετύγχανε. Μὴ τοίνυν φανήτε, ὦ Ἄθηναῖοι, τῇ μὲν βουλῇ χαλεπήναντες καὶ πεντακοσίους ἀνδράς τῶν πολιτῶν ἀστεφανώτους ποιήσαντες, οἱ τοῦτον οὐκ ἐτιμωρήσατο, αὐτοὶ δὲ ἀψῆτε, καὶ τὸν
 8 τῇ βουλῇ μὴ συνενεγκόντα βήτορα, τοῦτον τῷ δήμῳ μὴ περιποιήσατε.

113. Ἀλλὰ περὶ μὲν τὰς κληρωτὰς ἀρχὰς ἐστὶ τοιοῦτος, περὶ δὲ τὰς χειροτονητὰς βελτίων. Καὶ τίς ὑμῶν οὐκ οἶδεν ὡς περιθρητῶς ἐξηλέγηθη κλέπτῃς ὢν; Περὶ φθίς γὰρ ὑπ' ὑμῶν ἐξεταστὴς τῶν ἐν Ἐρετρίας ζήνων, μόνος τῶν ἐξεταστῶν ὠμολόγει λαβεῖν ἀργύριον, καὶ οὐ περὶ τοῦ πράγματος ἀπελογεῖτο, ἀλλ' εὐθύς περὶ τοῦ τιμήματος ἰκέτευεν ὁμολογῶν ἀδικεῖν. Ὑμεῖς δὲ τοῖς
 10 μὲν ἐξάνοις ἐτιμῆσατε ταλάντου ἑκάστῳ, τούτῳ δὲ τρεῖς κτὰ μνῶν. Οἱ δὲ νόμοι κελεύουσι τῶν κλεπτῶν τοὺς μὲν ὁμολογούντας θανάτῳ ζημιῶσθαι, τοὺς δ' ἀρνημένους κρίνεσθαι. (114) Τοιγάρτοι οὕτως ὑμῶν κατεπρόντησεν, ὥστ' εὐθύς ἐπὶ ταῖς ἐν τοῖς δήμοις διαψηφίσεισι δις χιλίας δραχμάς ἔλαβε. Φήσας γὰρ Φιλωτάδην τὸν Κυδαθηναίαν, ἕνα τῶν πολιτῶν, ἀπελεύθερον εἶναι ἑαυτοῦ καὶ πείσας ἀποψηφίσασθαι τοὺς δημότας,
 15 ἐπιστὰς τῇ κατηγορίᾳ ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου καὶ λαβῶν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα τὰ ἱερά καὶ ὁμοίας μὴ λαβεῖν ὥρα μὴδὲ λήψεσθαι, καὶ ἐπομάσας τοὺς ὀρκίους θεοὺς καὶ τὴν ἐξώλειαν αὐτῷ ἐπαρασάμενος, (115) εἰληφὸς ἠλέγηθη παρὰ Λευκωνίδου τοῦ Φιλωτάδου κηδεστοῦ διὰ Φιλῆμονος τοῦ ὑποκριτοῦ εἰκοσι μνᾶς, ἃς ἐν εὐλίῳ χρόνῳ πρὸς Φιλοξένην ἀνήλωσε τὴν ἑταίραν,
 20 καὶ προδῶκε τὸν ἀγῶνα καὶ τὸν ὄρκον ἐπιώρκησεν. Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι Φιλῆμονα τὸν δότα τὸ ἀργύριον Τιμαρχῶ καὶ Λευκωνίδην τὸν Φιλωτάδου κηδεστήν, καὶ τῶν συνθηκῶν ἀνάγνωθι τὰ ἀντίγραφα, καὶ ἃς τὴν πρᾶσιν ἐποιήσατο τοῦ ἀγῶνος.

animadverta, commotus in concione surrexit, ac dixit : « Athenienses, furantur vobis communiter maritus et uxor mille drachmas. » (111) Vobis autem admiratis, quo pacto maritus et uxor, et quid ea sibi vellet oratio, paullo post : « Ignoratis quid dicam? Maritus nunc est, inquit, Hegesander ille, qui uxor olim et ipse fuit Leodamantis : uxor, Timarchus. Quo autem pacto pecunia surripiatur, ego dicam. » Ac deinde rem exponebat valde dilucide, ut qui optime compertam haberet. His commemoratis, « Quid ergo, inquit, consilii do vobis? Si senatus istum injuriæ condemnatum et frondium suffragio ordine motum iudicio tradiderit, præmium de more senatoribus datote : si vero non punierint, ne datote, sed illo die, quo de corona decernenda agetur, hoc illis in animum revocetis. » (112) Post senatus in curiam reversum frondium quidem suffragio istum ejecit, re ad calculorum suffragationem deducta eum recepit. Quia vero nec iudicio tradiderat, nec e curia eiecerat (equidem cum dolore dico, sed dico necessario), præmio caruit. Nolite igitur committere, Athenienses, quum senatui succensueritis, et quingentis civibus coronas ademeritis propter istum non punitum, ut eundem ipsi non puniatis, et oratorem qui senatui non profuit, populo conservetis.

113. At in magistratibus sorte obvenientibus est talis : in iis autem qui electione creantur, melior. Ecquis vero vestrum ignorat, quanta cum infamia peculatus sit convictus? Missus enim a vobis ad inquirendum de peregrinis in Eretria, solus collegarum se argentum accepisse fatebatur : neque causam dicebat, sed statim injuriam confitens, multam graviolem deprecabatur. Vos autem eorum cuique qui infitias ierant multam talento aestimastis, isti triginta minis : quum leges iubeant furem consistentem capite plecti, negantem in iudicium adduci. (114) Proinde ita vos contempsit, ut in disquisitione, in qua de singulorum demotarum jure civitatis suffragia ferebantur, bis mille drachmas acceperit. Nam quum Philotadem Cydathenæensem, hominem civem, libertum esse suum asseruisset, ac popularibus persuasisset, ut eum repudiarent : demandata a demotis Timarcho accusatione coram iudicibus instituenda, sacrisque in manus acceptis, datoque jurejurando testatus, se dona nec cepisse neque capturum esse, deos jurisjurandi præsidēs obtestatus, et exitium sibi ipsi imprecatus, (115) nihilominus convictus est a Leuconide Philotadis affine per Philemonem histronem viginti minas accepisse (quas exiguo tempore in Philoxenam meretricem impendit), et a causa prosequenda per prævaricationem destitit et pejeravit. Ac ut vera dicere me constet, voca mihi Philemonem, qui argentum Timarcho dedit, et Leuconidem Philotadis affinem, et pactionis exemplum recita, ut videant quo pacto causam vendiderit.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ. ΣΥΝΘΗΚΑΙ.

116. Περὶ μὲν οὖν τοὺς πολίτας καὶ τοὺς οἰκείους
 25 ὄσος γεγένηται, καὶ τὴν πατρῴαν οὐσίαν ὡς αἰσχρῶς
 ἀνήλωκε, καὶ τὴν ὕβριν τὴν εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὡς
 ὑπερεώρακε, σύνιστε μὲν καὶ πρὶν ἐμὲ λέγειν, ἰκανῶς
 δ' ὑμᾶς ὑπομιμνήσκει καὶ ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος· οὗτος
 δέ μοι τῆς κατηγορίας εἶδη λέλειπται, ἐφ' οἷς ἐμαυ-
 τόν τ' εἰπεῖν εὐχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις ὑπὲρ
 τῆς πόλεως ὡς προήρημαι, ὑμᾶς τε βουλομένην ἂν οἷς
 ἐγὼ μέλλω λέγειν προσέχριν τὸν νοῦν καὶ παρακολου-
 30 θεῖν εὐμαθῶς. (117) Ἔστι δ' ὁ μὲν πρῶτός μοι λόγος
 προδιήγησις τῆς ἀπολογίας ἧς ἀκούω μέλλειν γίνεσθαι,
 ἵνα μὴ τοῦτο ἐμοῦ παραλιπόντος ὁ τὰς τῶν λόγων τέ-
 χνας κατεπαγγελλόμενος τοὺς νέους διδάσκειν ἀπάτη
 τινὲ παραλογισάμενος ὑμᾶς ἀφέληται τὸ τῆς πόλεως
 συμφέρον. Ὁ δὲ δευτέρός ἐστὶ μοι λόγος παράκλησις
 τῶν πολιτῶν πρὸς ἀρετὴν. Ὅρῳ δὲ πολλοὺς μὲν τῶν
 35 νεωτέρων προσεστηκότας πρὸς τῷ δικαστηρίῳ, πολλοὺς
 δὲ τῶν πρεσβυτέρων, οὐκ ὀλίγους δὲ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλ-
 λάδος συνελεγμένους ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν· (118) οὓς μὴ
 νομίσητ' ἐμὲ θεωρήσαντας ἔχειν, ἀλλὰ πολλὸν μᾶλλον
 ὑμᾶς εἰσομένους εἰ μὴ μόνον εὖ νομοθετεῖν ἐπίστασθε,
 ἀλλὰ καὶ κρίνειν τὰ καλὰ καὶ τὰ μὴ καλὰ δύνασθε,
 καὶ εἰ τιμᾶν ἐπίστασθε τοὺς ἀγαθοὺς ἀνδράς, καὶ εἰ
 θέλετε κολάζειν τοὺς ὀνειδῆ τὸν ἑαυτῶν βίον τῇ πόλει
 40 παρασκευάζοντας. Αἰξὼ δὲ πρῶτον πρὸς ὑμᾶς περὶ
 τῆς ἀπολογίας.

119. Ὁ γὰρ περιττός ἐν τοῖς λόγοις Δημοσθένης
 ἢ τοὺς νόμους φησὶν ὑμᾶς ἐξαλείφειν δεῖν, ἢ τοῖς ἐμοῖς
 λόγοις οὐκ εἶναι προσεκτέον. Ἀποθαυμάζει γὰρ εἰ μὴ
 πάντες μεμνήμεθα ὅτι καθ' ἕναστος ἐνιαυτὸν ἢ βουλή
 πωλεῖ τὸ πορνικὸν τέλος· καὶ τοὺς πριαμένους τὸ
 τέλος οὐκ εἰκάζειν, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδέναι τοὺς ταύτη
 17 χρωμένους τῇ ἐργασίᾳ. Ὅποτε δὴ οὖν τετόλημκα ἀν-
 τιγράφασθαι πεπορνευμένῳ Τιμάρχῳ μὴ ἐξείναι δη-
 μιγορεῖν, ἀπαιτεῖν φησὶ τὴν πρᾶξιν αὐτῆν οὐκ αἰτίαν
 κατηγοροῦ, ἀλλὰ μαρτυρίαν τελῶν τοῦ παρὰ Τιμάρ-
 χου τοῦτο ἐκλέξαντος τὸ τέλος. (120) Ἐγὼ δὲ πρὸς ταῦτ',
 ὡς Ἀθηναῖοι, σκέψασθε ἂν ἀπλοῦν καὶ ἐλευθέριον δόξω
 20 λόγον ὑμῖν λέγειν. Αἰσχύνομαι γὰρ ὑπὲρ τῆς πόλεως
 εἰ Τιμάρχος, ὁ τοῦ δήμου σύμβουλος καὶ τὰς εἰς τὴν
 Ἑλλάδα τολμῶν πρεσβείας πρεσβεύειν, μὴ τὸ πρᾶγμα
 θλον ἀποτρέψασθαι ἐπιχειρήσει, ἀλλὰ τοὺς τόπους ἐπε-
 ρωτήσῃ ὅπου ἐκαθέζετο, καὶ τοὺς τελῶνας, εἰ πώποτε
 παρ' αὐτοῦ τὸ πορνικὸν τέλος εἰλήφασιν. (121) Ταύτης
 μὲν οὖν τῆς ἀπολογίας ὑμῶν ἕνεκα παραχωρησάτω·
 ἕτερον δ' ἐγὼ σοι λόγον ὑποβαλῶ καλὸν καὶ δίκαιον,
 10 ὃ ἢ χρῆσι εἰ μηδὲν αἰσχρὸν σαυτῷ συνοίσθα. Τόλημσον
 γὰρ εἰς τοὺς δικαστὰς βλέψας εἰπεῖν ἢ προσήκει ἀνδρὶ
 σώφρονι τὰ περὶ τὴν ἡλικίαν, « ἀνδρὲς Ἀθηναῖοι, τέ-
 θραμμαι μὲν ἐκ παιδός καὶ μειρακίου παρ' ὑμῖν, οὐκ
 ἀφανεῖς δὲ διατριβὰς διατριβῶ, ἀλλ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις
 μεθ' ὑμῶν ὁρώμεσι. (122) Οἴμαι δ' ἂν, εἰ πρὸς ἄλλους

TESTIMONIA. PACTIO.

116. Qualis igitur in cives et cognatos suos fuerit, et
 patrimonium quam turpiter absumpserit, et ut suum corpus
 afflicti probbris non recusarit, id quidem scivistis, prius etiam
 quam ego dixissem : sed et mea vos oratio, quantum satis
 est, commonefecit. Reliqua porro mihi duo sunt accusationis
 genera : de quibus ut et ego ita dicere queam pro republica,
 ut institui, deos immortales precor ; et vos ea quæ dicturus
 sum, attente atque intelligenter audire vellem. (117) Con-
 tinet autem prior orationis meæ pars prænarrationem de-
 fensionis, quam institutum iri audio : ne ea prætermissa,
 is qui se dicendi artem adolescentes edocturum pollicetur,
 fraude aliqua injecta, id vobis eripiat quod est e republica.
 Altera vero pars orationis continet cohortationem civium ad
 virtutem. Multos enim et adolescentes et senes astare ju-
 dicio video ; neque paucos etiam e reliqua Græcia ad audien-
 dum convenisse : (118) quos adesce non mei, sed vestri po-
 tius spectandi causa, putare debetis : ut intelligant, an non
 modo bonas leges sancire sciatis, sed etiam, quæ honesta,
 quæ inhonesta sint, rite dijudicare queatis ; et an honorem
 habere sciatis viris bonis ; et an velitis eos punire, qui sic
 vitam instituerunt, ut ea in reipublicæ ignominiam redun-
 daret. Dicam autem primum apud vos de defensione.

119. Nam eloquentiæ copis affluens Demosthenes ait,
 vobis aut delendas esse leges, aut non dandum esse locum
 orationi meæ : Admiratur enim, si vos omnes non memi-
 neritis, senatum quotannis vendere vectigal meretricium :
 ejusque vectigalis redemptores non conjectare, sed com-
 pertum habere, qui faciant eum quæstum. Postquam igitur
 ego ausus sim ad prætorem referre, Timarcho non li-
 cere conciones habere, ut qui pudicitiam prostituerit :
 postulare hoc negotium non crimen accusatoris, sed testi-
 monium redemptoris, qui vectigal istud a Timarcho colle-
 gerit. (120) Ego vero, Athenienses, considerate, an ad
 hæc simpliciter liberaliterque sim responsurus. Nam me
 civitatis pudebit, si Timarchus, qui populo sit a consiliis,
 qui legationes in Græcia obire audeat, non totam rem a se
 amovere studuerit, sed de locis interrogarit, ubi sederit,
 et publicanos, an se unquam meretricium vectigal exegerint.
 (121) Hac igitur defensione vestra causa cedat. Ego
 vero aliam rationem tibi suggeram, honestam et æquam,
 qua utaris, si nullius tibi turpitudinis es conscius. Audete
 judices intuens ea dicere, quæ dicenda sunt viro modeste
 ætatis flore uso : « Athenienses, ego a pueritia et adolescentia
 sum apud vos educatus : neque vero studiis obscuris occu-
 por, sed vobiscum conspicio in concionibus. (122) Arhi-

τινάς ἦν ὁ λόγος μοι περὶ τῆς αἰτίας ἧς κρίνομαι, ταῖς
 15 ὑμετέρας μαρτυρίας ῥαδίως ἀν ἀπολύσασθαι τοὺς τοῦ
 κατηγοροῦ λόγους. Μὴ γὰρ ὅτι εἰ πέπρακται μοί τι
 τούτων, ἀλλ' εἰ δοκῶ ὑμῖν παραπλησίως βεβιωκέναι
 ταῖς λεγομέναις ὑπὸ τούτου αἰτίας, ἀβίωτον εἶναι ἡγού-
 μενος ἑμαυτῷ τὸν λοιπὸν βίον, παραδίδωμι τὴν εἰς
 20 ἑμυτὸν τιμωρίαν ἐναπολογήσασθαι τῇ πόλει πρὸς τοὺς
 Ἕλληνας, οὐδ' ἤκω παραιτησόμενος ὑμᾶς, ἀλλὰ κατα-
 γρήσασθέ μοι, εἰ δοκῶ τοιούτος εἶναι. » (121) Αὕτη
 μὲν ἐστίν, ὦ Τίμαρχε, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ σώφρονος
 ἀπολογία καὶ πεπιστευκότος τῷ βίῳ καὶ καταφρονούντος
 εικότως ἀπάσης βλασφημίας· ἃ δὲ πείθει σε Δημοσθένης
 λέγειν, οὐκ ἀνδρὸς ἐστίν ἐλευθέρου, ἀλλὰ πόρνου περὶ τῶν
 τῶπων διαφερομένου. Ἐπειδὴ δ' εἰς τὰς ἐπωνυμίας
 τῶν οἰκήσεων καταφεύγεις, κατ' οἴκημα τὸ πρᾶγμα
 25 ἐξετάζεσθαι ἀξίων, ὅπου ἐκαθέζου, ἃ μέλλω λέγειν
 ἀκούσας εἰσαυθίς οὐ χρήσει τοιούτῳ λόγῳ, ἐὰν σωφρο-
 νῆς. Οὐ γὰρ τὰ οἰκῆματα οὐδ' αἱ οἰκίσεις τὰς ἐπω-
 νυμίας τοῖς ἐνοικίησαι παρέχουσιν, ἀλλ' οἱ ἐνοικίη-
 σαντες τὰς τῶν ἰδίων ἐπιτηδευμάτων ἐπωνυμίας τοῖς
 τόποις παρασκευάζουσιν. (124) Ὅπου μὲν γὰρ πολλοὶ
 μισθωσάμενοι μίαν οἰκίαν διελόμενοι ἔχουσι, συνοικί-
 ας καλοῦμεν, ὅπου δ' εἰς ἐνοικίαι, οἰκίαν. Ἐὰν δ' εἰς
 30 ἐν ὀήπου τούτων τῶν ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐργαστηρίων
 ἱατρὸς εἰσοικίηται, ἱατρεῖον καλεῖται· ἐὰν δ' ὁ μὲν
 ἐροικίηται, εἰς δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐργαστήριον γαλκεὺς
 εἰσοικίηται, γαλκεῖον ἐκλήθη· ἐὰν δὲ κναφεὺς, κνα-
 φεῖον, ἐὰν δὲ τέκτων, τεκτονεῖον· ἐὰν δὲ πορνοδοσκὸς
 καὶ πόρνη, ἀπὸ τῆς ἐργασίας εὐθὺς ἐκλήθη πορνεῖον.
 Ὅποτε σὺ πολλὰ πορνεῖα τῇ τῆς πράξεως εὐχερεια πε-
 ποίηκας. Μὴ οὖν ὅπου ποτὲ ἐπραττες ἐρώτα, ἀλλ' ὡς

35 τοῦτο οὐ πεποίηκας ἀπολογοῦ.
 126. Ἡξεῖ δ', ὡς εἶκοι, καὶ ἕτερος λόγος τις ὑπὸ τοῦ
 αὐτοῦ σοφιστοῦ συγκαίμενος. Λέγει γὰρ ὡς οὐδὲν ἐστίν
 ἀδωώτερον φήμης, ἀγοραῖα τεκμήρια καὶ παντελοῦς
 ἀκολουθα τῷ αὐτοῦ βίῳ παρεχόμενος. Πρῶτον μὲν
 γὰρ τὴν ἐν Κολωνῶ συνοικίαν τὴν Δήμιονος καλούμενην
 40 φησὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχειν· οὐ γὰρ εἶναι Δήμιονος·
 ἔπειτα τὸν Ἑρμῆν τὸν Ἀνδοκίδου καλούμενον οὐκ Ἀν-
 δοκίδου, ἀλλ' Αἰγιδίδος φυλῆς εἶναι ἀνάθημα. (128) Πα-
 ραφέρει δ' αὐτὸν ἐν σκώματός μερεῖ, (ὡς ἦδὺς ἀνὴρ
 καὶ περὶ τὰς ἰδίας διατριβὰς γελοῖος) « εἰ μὴ καὶ ἐμὲ
 δεῖ » φησὶν « ὑπακούειν τοῖς ὄχλοις καὶ Δημοσθένην κα-
 λούμενον, ἀλλὰ Βάταλον, ὅτι ταύτην ἐξ ὑποκορίσματος
 45 τίθη· τὴν ἐπωνυμίαν ἔχω. » Εἰ δὲ Τίμαρχος ὠραῖος
 ἐγένετο καὶ σκώπτεται τῇ τοῦ πράγματος διαβολῇ καὶ
 18 μὴ τοῖς αὐτοῦ ἐργοῖς, οὐ δῆπου διὰ τοῦτ' αὐτὸν φησὶ
 δεῖν συμφορᾷ περιπεσεῖν. (127) Ἐγὼ δὲ, ὦ Δημοσθένης,
 περὶ μὲν τῶν ἀναθημάτων καὶ τῶν οἰκῶν καὶ τῶν κτη-
 μάτων καὶ πάντων ὄλων τῶν ἀφάνων πολλοὺς καὶ παν-
 τοδαποὺς καὶ οὐδέποτε τοὺς αὐτοὺς ἀκούω λόγους λεγο-
 μένους· οὐ γὰρ εἰσὶν ἐν αὐτοῖς οὔτε καλά οὔτε αἰσχυρὰ
 5 πράξεις, ἀλλ' ὁ προσαψάμενος αὐτῶν καὶ παρατυγόν,
 ὅστις ἀν ἧ, κατὰ τὸ μέγεθος τῆς αὐτοῦ δόξης λόγον

tror autem, si id crimen, cujus arguor, apud alios mihi
 defendendum esset, vestris testimonis me accusatoris ora-
 tionem facile fuisse refutaturum. Neque enim tum dumtaxat,
 si reapse quid istorum egi, sed si videor solummodo
 vobis egisse vitam ab istis criminibus non abhorrentem :
 vitam posthac acerbam mihi existimans, non recuso quominus
 civitas de me supplicium sumat, ut se apud Græcos
 excusare queat : neque ad vos deprecandi causa venio, imo
 corpore meo pro libitu vestro ultimini, si me talem existi-
 matis. » (123) Hæc, Timarche, defensio fuerit viri boni et
 modesti et vita anteaacta freti et omnia maledicta non sine
 ratione contemnentis : quæ vero dicendi Demosthenes tibi
 auctor est, ea non sunt hominis ingenui, sed scorti de
 locis contendentis. Quoniam autem ad cognomenta domi-
 ciliarum confugis, et rem ostiatim coargui postulas, ubi
 sederis : auditis iis quæ dicturus eam, eandem orationem si
 sapis non repeles. Neque enim domicilia aut habitationes
 cognomenta faciunt habitatoribus, sed habitatores suorum
 studiorum cognomenta locis induunt. (124) Ubi enim com-
 ples una domo conducta, eam in partes discretam sepa-
 ratim obtinent, συνοικίαν dicimus : sed in qua unus degit,
 οἰκίαν appellamus. Quodsi in earum tabernarum quæ in viis
 sunt quapiam medicus habitavit, medici officina vocatur :
 ubi is emigrarit, ac faber ærarius immigrarit, fabri ærarii
 officina nominatur : sin fullo, fullonia ; sin lignarius faber,
 fabrica lignaria ; sin leno et lupar, ab eo quæstu lupanar
 appellatur. Tu igitur, qui in isto genere tam fueris ex-
 peditus et facilis, multa lupanaria effecisti. Ne igitur, ubi-
 nam feceris, interroga ; sed hoc te fecisse nega.

125. Afferetur porro alia quoque oratio ab eodem rhetore
 composita. Ait enim fama nihil esse iniquius, circumfo-
 ranea argumenta et vitæ suæ omnino consentanea proferens.
 Primum ædes in Colono, quæ Demonis dicantur, falsam
 habere cognomen : neque enim esse Demonis. Deinde
 Mercurium, qui Andocidis vocetur, non esse Andocidis, sed
 Ægeidis tribus donarium. (126) Intereret etiam se ridi-
 culū gratia, quippe homo suavis, et in privatis congressibus
 factus : « Nisi me quoque, inquit, moveri oportet turba-
 dictione, ut qui non Demosthenes nominer, sed Batalus,
 quod id cognomen per nutricis blanditias tributum mihi
 fuit. » Quodsi vero Timarchus formosus fuit, atque ob ipsius
 formæ crimen, et non propter facinora sua, male audit :
 non ideo profecto eum plecti oportet. (127) Ego vero,
 Demosthenes, de donariis et ædibus et possessionibus, omni-
 bus denique rebus mutis, multas ac varias, neque un-
 quam inter se consentientes orationes haberi audio. Neque
 enim eis ipsis insunt vel honestæ vel turpes actiones, sed
 is qui eas attigerit, quique illo accesserit, pro suæ famæ
 magnitudine famam illis excitat : de vita autem hominum

παράγει· περί δὲ τῶν ἀνθρώπων βίον καὶ τὸν λόγον καὶ τὰς πράξεις ἀφειδῆς τις ἀπὸ ταυτομάτου κλανῆται φήμη κατὰ τὴν πόλιν, καὶ διαγγέλλει τοῖς πολλοῖς τὰς ἰδίας πράξεις, πολλὰ δὲ καὶ μαντεύεται περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. (128) Καὶ οὕτως ἐναργῆς ἐστὶ καὶ οὐ κεπλασμένον δὲ λέγω, ὡσθ' εὐρήσετε καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν καὶ τοὺς προγόνους φήμης ὡς θεοῦ μεγίστης βομῶν ἰδρυμένους, καὶ τὸν Ὀμηρον πολλάκις ἐν τῇ Ἰλιάδι λέγοντα πρὸ τοῦ τι τῶν μελλόντων γενέσθαι « φήμη δ' εἰς στρατὸν ἦλλε, » καὶ πάλιν τὸν Εὐριπίδην ἀποφαινόμενον τὴν θεὸν ταύτην οὐ μόνον τοὺς ζῶντας ἐμφανίζειν δυναμένην, ὁποῖοί τινας ἂν τυγχάνωσιν ὄντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς τετελευτηκότας, ὅταν λέγῃ,

15 Φήμη τὸν ἐσθλὸν κἀν μυχῷ δείκνυσι γῆς.

(129) Ὁ δ' Ἡσίοδος καὶ διαρρήδην θεὸν αὐτὴν ἀποδείκνυσι, πάνυ σαφῶς φράζων τοῖς βουλομένοις συνίναί· λέγει γάρ,

Φήμη δ' οὐτις κέμπαν ἀπόλλυται, ἦντινα λαοὶ
πολλοὶ φημῆωσι· θεὸς νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή.

20 Καὶ τούτων τῶν ποιημάτων τοὺς μὲν εὐσχημόνους βεβιωκότας εὐρήσετε ἐπαινετάς ὄντας· πάντες γάρ οἱ δημοσίᾳ φιλότιμοι παρὰ τῆς ἀγαθῆς φήμης ἡγούνται τὴν δόξαν κομμεῖσθαι· οἷς δ' αἰσχρὸς ἐστὶν ὁ βίος, οὐ τιμῶσι τὴν θεὸν ταύτην· κατηγοροῦν γάρ αὐτὴν ἀθάνατον ἔχειν ἡγούνται. (130) Ἀναμνήσθητε οὖν, ὦ ἄνδρες, τίνι κέχρησθε φήμη περὶ Τιμαρχοῦ. Οὐχ ἅμα τοῦνομα λέγεται καὶ τὸ ἐρώτημα εὐθὺς ἐρωτᾶτε « ποῖος Τιμαρχος; ὁ πόρνος; » Ἐπειτα εἰ μὲν μάρτυρας παρεχόμεν περὶ τίνος, ἐπιστεύετε ἂν μοι, εἰ δὲ τὴν θεὸν μάρτυρα παρέχομαι, οὐ πιστεύετε; ἢ οὐδὲ ψευδομαρτυριῶν θέμις ἐστὶν ἐπισκῆψασθαι. (131) Ἐπεὶ καὶ περὶ τῆς Δημοσθένους ἐικωνυμίας, οὐ κακῶς ὑπὸ τῆς φήμης, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῆς τίτῆς, ὁ Βάταλος προσαγορεύεται, ἐξ ἀνανδρίας καὶ κιναιδίᾳς ἐνεγάμενος τοῦνομα. Εἰ γάρ τις σου

25 τὰ κομψὰ ταῦτα χλανίσκια περιελάμενος καὶ τοὺς μαλακοὺς χιτωνίσκους, ἐν οἷς τοὺς κατὰ τῶν φίλων λόγους γράφεις, περιενέγκας δοίῃ εἰς τὰς χεῖρας τῶν δικαστῶν, οἶμαι ἂν αὐτούς, εἰ τις μὴ προειπὼν τοῦτο ποιήσειεν, ἀπορῆσαι εἴτε ἀνδρὸς εἴτε γυναικὸς εὐλόγησιν ἐσθῆτα. 132. Ἀναθήσεται δ' ἐν τῇ ἀπολογίᾳ καὶ τῶν στρατηγῶν τις, ὡς ἀκούω, ὑπτιάζων καὶ κατασκοπούμενος 30 ἐπυτόν, ὡς ἐν παλαιστραῖς καὶ διατριβαῖς γεγυῖος δὲ ἐπιχειρήσει διασύρειν τὴν ἑλπὴν ἐνστασιν τοῦ ἀγῶνος, οὐ κρίσιν ἐξευρηκέαμα με φάσκων, ἀλλὰ δεινῆς ἀπαειδυσίας ἀρχῆν, παραφέρον πῶτον μὲν τοὺς εὐεργάτας τοὺς ὑμετέρους, Ἀρμόδιον καὶ Ἀριστογαίτονα, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους πίστιν καὶ τὸ πρᾶγμα ὡς συνήνεγκε τῇ πόλει διεξιῶν. (133) οὐκ ἀφέξεται δ', ὡς φασιν, οὐδὲ τῶν 40 Ὀμήρου ποιημάτων οὐδὲ τῶν ὀνομάτων τῶν ἡρωϊκῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν λεγομένην γενέσθαι φιλιαν δι' ἔρωτα Πατρόκλου καὶ Ἀχιλλέως ἠμνήσει, καὶ τὸ κάλλος, ὡσπερ οὐ πάσαι μακαρίζομενον, ἂν τύχῃ σωφροσύνης, νῦν ἔγκωμιάζεται. Εἰ γάρ τὴν τοῦ σώματος εὐπρέπειαν,

et oratione et actionibus, vera qua dam et minime fallax ultro fama per urbem oberrat, et vulgo actiones privatorum nuntiat : multa etiam de rebus futuris vaticinatur.

(128) Atque id quod dico, adeo est evidens et non commentitium, ut videatis nostram civitatem et majores nostros aram Famae, ut maximae deae, consecrassae : et Homerum in Iliade saepe dicere, antequam aliquid eveniat quod futurum est, « Fama in castra venit. » Euripidem item pronuntiare, deam hanc non viventes tantum posse ostendere quales sint, sed etiam defunctos, ubi ait :

Bonam vel imis Tartari recessibus
vetat latere Fama.

(129) Hesiodus autem plane deam illam esse demonstrat, idque perspicuis verbis, si quis intelligere velit. Ait enim :

Quam populi sermo celebrat creber, irrita numquam
Fama cadit penitus : dea quaedam quum sit et ipsa.

Et haec poemata laudari ab iis omnibus qui honeste vixerunt reperietis; omnes enim honoris publici appetentes, gloriam se a bona fama consecuturos arbitrantur : quorum autem vita turpis est, ii non honorant hanc deam, ut quam immortalem habituri sint accusatricem. (130) Recordamini ergo qualem de Timarcho famam audiat. Nonne statim auditio nomine rogatis, « Quis Timarchus? num ille impudicus? » Jam si de re aliqua testes produxissem, crederetis mihi : at ubi deam produxero testem, non credetis? in quam vel solam falsi testimonii actio non competit. (131) Nam quod etiam ad Demosthenis cognomentum attinet, non male certe quidem is, haud sane a nutrice, verum a fama Batalus appellatur : nomen id ex mollitie et habitu cinadico assecutus. Si quis enim tibi elegantes istas laenas avulsas, et molles tuniculas, in quibus illas in amicos orationes scribis, in orbem circumferat singulisque iudicibus in manus tradat, equidem arbitror eos, nisi praemoniti fuerint, dubituros, virine an mulieris vestem accepissent.

132. In causae porro defensione ascendet etiam imperator quidam, ut audio, resupinato vultu sese respectans, ut in palaestris et elegantiorum in congressibus versatus : qui constitutionem totius causae convellere nitetur, ne non iudicium dictasse, sed magnae inscitiae principium apportasse dicens : ac primum commemorabit viros de vobis bene meritos, Harmodium et Aristogitonem, eorumque fidem mutuam, et consecutas ex ea reipublicae utilitates : (133) neque etiam, ut aiunt, Homeri versibus abstinere, aut heroicis nominibus, sed et Achillis et Patrocli ortam ex amore amicitiam, ut fertur, celebrabit, et formam, quasi vero ea non olim in felicitatis numero poni solita sit, si quidem cum molestia conjuncta erat, nunc laudabit. Nam si calumnia

ταύτην τινές διαβάλλοντες συμφορὰν τοῖς ἔχουσι καταστήσουσιν, οὐ ταῦτά κοινῇ ψηφισέσθαι φησιν ὑμᾶς καὶ ἰδίᾳ εὐχεσθαι. (134) Ἄποπον γὰρ εἶναι δοκεῖν αὐτῶν, εἰ τοὺς μὲν υἱεῖς τοὺς μηδέπω γεγονότας ἀπαντες εὐχέσθε οἱ μέλλοντες παιδοποιεῖσθαι καλοὺς κάγαθούς τὰς ἰδέας φῦναι καὶ τῆς πόλεως ἀξίους, τοὺς δ' ἤδη γεγονότας, ἐφ' οἷς προσήκει σεμνύνεσθαι τὴν πόλιν, ἐὰν κάλλει καὶ ὄρα διενεγκόντες ἐκπλήξωσί τινας καὶ περιμά-
 5 γητοι ἐξ ἔρωτος γένωνται, τούτους, ὡς ἔοικεν, Αἰσχίνῃ πεισθέντες ἀτιμώσετε. (136) Κἀνταῦθα δὴ τινα καταδρομῆν, ὡς ἀκούω, μέλλει ποιεῖσθαι περὶ ἐμοῦ, ἐπερωτῶν εἰ οὐκ αἰσχύνομαι αὐτὸς μὲν ἐν τοῖς γυμνασίοις ὀγληρὸς ὢν καὶ κλειστῶν ἔραστῆς γεγονώς, τὸ δὲ πρᾶγμα εἰς ὄνειδος καὶ κινδύνους καθιστάς. Καὶ τὸ τελευταῖον, ὡς ἀπαγγέλλουσί τινές μοι, εἰς γέλωτα καὶ λῆ-
 10 ῥον τινα προτρεπέμενος ὑμᾶς, ἐπιδείξεσθαι μοῦ φησιν ὅσα πεποήκα ἐρωτικά εἰς τινας ποιήματα, καὶ λοιδοριῶν καὶ πληγῶν τινῶν ἐκ τοῦ πράγματος, αἱ περὶ ἐμὲ γεγένηται, μαρτυρίας φησὶ παρέξεσθαι. (136) Ἐγὼ δὲ οὔτε ἔρωτα δίκαιον ψέγω, οὔτε τοὺς κάλλει διαφέροντάς φημι πεπορνεῦσθαι, οὐτ' αὐτὸς ἐξανοῦμαι μὴ οὐ γεγονέναι ἐρωτικὸς καὶ ἐτι καὶ νῦν εἶναι, τὰς τε ἐκ τοῦ πράγματος γινομένας πρὸς ἑτέρους φιλονεικίας καὶ
 15 μάχας οὐκ ἀρνοῦμαι μὴ οὐχὶ συμβεβηκέναι μοι. Περὶ δὲ τῶν ποιημάτων ὧν φασιν οὗτοί με πεποιημέναι, τὰ μὲν ὁμολογῶ, τὰ δὲ ἐξανοῦμαι μὴ τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον ὃν οὗτοι διαφθείροντες παρέχονται. (137) Ὅριζομαι δ' εἶναι τὸ μὲν ἔρᾶν τῶν καλῶν καὶ σωφρόνων φιλανθρώπου πάθος καὶ εὐγνώμονος ψυχῆς, τὸ δὲ δαεργαίνειν ἀργυρίου τινὰ μισθοῦμενον ὑβριστοῦ καὶ ἀπαι-
 20 ζήτους ἀνδρὸς ἔργον εἶναι ἡγοῦμαι· καὶ τὸ μὲν ἀδιαζήτους ἔρᾶσθαι φημί καλὸν εἶναι, τὸ δ' ἐπαρβέντα μισθῷ πεπορνεῦσθαι αἰσχρὸν. Ὅσον δ' ἐκάτερον τούτων ἀπ' ἀλλήλων διέστηκε καὶ ὡς πολὺ διαφέρει, ἐν τοῖς ἐφεξῆς ὑμᾶς πειράσομαι λόγοις διδάσκειν. (138) Οἱ γὰρ πατέρες ἡμῶν ὅθ' ὑπὲρ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν ἐκ φύσεως ἀναγκαίων κακῶν καὶ ἀγαθῶν ἐνομοθέτουσιν, ἃ τοῖς ἐλευθέροις ἡγοῦντο εἶναι πρακτέα, ταῦτα τοῖς δούλοις ἀπέπειπον μὴ ποιεῖν. « Δούλον » φησὶν ὁ νόμος
 25 « μὴ γυμνάζεσθαι μηδὲ ξηραλοιφεῖν ἐν ταῖς παλαιόταις » καὶ οὐκέτι προσέγραψε « τὸν δ' ἐλεύθερον ἀλείφεσθαι καὶ γυμνάζεσθαι. » Ὅπότ' ἂν οἱ νομοθέται τὸ καλὸν τὸ ἐκ τῶν γυμνασίων κατιδόντες ἀπέπειπον τοῖς δούλοις μὴ μετέχειν, τούτῳ αὐτῷ ἡγοῦντο, ὅτι ἐκείνους ἐκόλουσιν, τοὺς ἐλευθέρους προτρέπειν ἐπὶ τὰ γυμνάσια. (139) Πάλιν δ' αὐτὸς οὗτος εἶπε νομοθέτης « δούλον ἐλευθέρου
 30 πικρὸς μῆτ' ἔρᾶν μῆτ' ἐπακολουθεῖν, ἢ τύπτεσθαι τῇ δημοσίᾳ μάστιγι πενήτηντα πληγᾶς. » Ἄλλ' οὐ τὸν ἐλεύθερον ἐκόλουσεν ἔρᾶν καὶ ὁμιλεῖν καὶ ἀκολουθεῖν, οὐδὲ βλάβην τῷ παιδί, ἀλλὰ μαρτυρίαν σωφροσύνης ἐτήσατο συμβαίνειν. Ἀκύρου δ' οἶμαι καὶ ἀδυνάτου ἐτι ὄντος κρῖναι τὸν ὄντως εὖνον καὶ μὴ, τὸν ἔρῶντα σωφρονίζει, καὶ τοὺς τῆς φιλίας λόγους εἰς τὴν φρονοῦσαν καὶ πρεσβυτέραν ἡλικίαν ἀναβάλλεται· τὸ δ' ἐπα-

quorundam effecerit, ut corporis decor aliquibus calamitati sit, non ea vos publice decreturos dicet, quæ privatim exoptetis. (134) Absurdum enim videri sibi, quum omnes vos liberis operam daturi vota faciatis, ut filii nondum nati forma præstantes, et civitate digni evadant : eos qui jam nati sunt, quos rempublicam laudi sibi ducere conveniat, si formæ elegantia præstantes, aliquos in sui admirationem convertant, et contentione quadam amoris expetantur, a vobis Æschini obsecutis ignominia notari. (135) Et hoc in loco, ut audio, me quoque perstringet, rogitans, an me non pudeat, quum ipse in gymnasiis frequens, et plurimorum amore captus fuerim, eam rem efficiam ignominiosam et periculosam. Postremo, ut quidam mihi nuntiant, vos ad risum et nugas cohortans, se vobis monstraturum dicet, quam multa in quosdam amatoria poemata fecerim : ac testes pro ducturum pollicebitur de conviciis ac verberibus ob eam rem mihi factis. (136) Ego vero nec honestum amorem reprehendo, neque homines forma præstantes impudicitia arguo, nec ipse infitias eo, me propensum ad amores et fuisse et etiam nunc esse, neque etiam emulationes et pugnas cum aliis, ex ea re oriri solitas, et mihi accidisse nego. De poematis autem quæ me fecisse dicunt, eorum quædam agnosco, quædam ita esse, ut ab istis corrupta proferuntur, non concedo. (137) Amorem porro honestorum et modestorum, humani affectus et liberalis animi esse statuo : sed pecunia redimendi aliquem petulantiam, viri injurii et incerti munus esse arbitror. Atque etiam citra corruptelam amari, honestum esse affirmo ; sed mercede adductum se prostituere, turpe. Quantum autem inter horum utrumque intersit, quantoque opere differant, post vos edocere conabor. (138) Patres enim vestri, quum de vitæ ratione, et de malis bonisque, quæ naturæ afferret necessitas, leges conderent, quæ ingenuis affectanda esse censuerunt, hæc servis interdixerunt. Servus, inquit lex, ne exerceatur nec sicce ungatur in palæstris. » Neque vero ascripsit etiam : « Ingenuus autem ungatur et exerceatur. » Nam ubi legumliatores perspecta exercitationum honestate, ab earum usu servos repulerunt, eadem lege putarunt, qua illos prohiberent, se ingenuos exhortari ad exercitationes. (139) Rursus idem legislator edixit, ne servus ingenuum puerum vel amet vel assectetur, aut publico flagello quinquaginta plagis afficiatur. Ingenuo autem non interdixit, ne vel amaret, vel colloqueretur, vel assectaretur : neque id puero incommodare, sed integritatis testimonium perhibere putavit. Nam quum puer nondum sit eo iudicio præditus, ut verum amatorem a falso possit discernere, ipsum amatorem castigat, et amicitia dijudicationem ætati prudentiori et graviori asservat :

23 κολουθῆν καὶ ἐφορᾶν φρουρᾶν καὶ φυλακὴν σωφροσύνης ἡγήσατο εἶναι μαγίστην. (140) Τοιγάρτοι τοὺς τῆς πόλεως μὲν εὐεργέτας, ταῖς δ' ἀρεταῖς ὑπερηννοχότας, Ἀρμόδιον καὶ Ἀριστογαίτονα, ὁ σώφρων καὶ ἐννομος, εἴτε ἔρωτα εἴτε τρόπον αὐτὸν γρη̄ προσεπιπνί, τοιοῦτους ἐπαίδευσεν ὥστε τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ἐκείνων ἔργα καταδειαστέρους δοκεῖν εἶναι ἐν τοῖς ἔγκωμιόις τῶν ἐκείνους πεπραγμένων.

20 141. Ἐπειδὴ δὲ Ἀχιλλεύς καὶ Πατρόκλου μέμνησθε καὶ Ὀμήρου καὶ ἑτέρων ποιητῶν, ὡς τῶν μὲν δικαστῶν ἀνηκόων παιδείας ὄντων, ἡμεῖς δὲ εὐσχήμονές τινες προσποιεῖσθε εἶναι καὶ περιφρονοῦντας ἱστορία τὸν δῆμον, ἐν̄ εἶδητε ὅτι καὶ ἡμεῖς τι ἤδη ἠκούσαμεν καὶ ἐμάθομεν, λήξομεν τι καὶ ἡμεῖς περὶ τούτων. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπιχειροῦσι φιλοσόφων ἀνδρῶν μεινῆσθαι καὶ καταπύγειν ἐπὶ τοὺς εἰρημένους ἐν τῷ μέτρῳ λόγους, 20 θεωρήσατε ἀποβλέψαντες, ὡς Ἀθηναῖοι, εἰς τοὺς δημολογουμένους ἀγαθοὺς καὶ χρηστοὺς ποιητάς, ὅσον κερυρίσθαι ἐνόμισαν τοὺς σώφρονας καὶ τῶν ὁμοίων ἐρώντας καὶ τοὺς ἀκρατεῖς ὧν οὐ γρη̄ καὶ τοὺς ἕβριστάς. (142) Λέξω δὲ πρῶτον μὲν περὶ Ὀμήρου, ὃν ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις καὶ σοφωτάτοις τῶν ποιητῶν εἶναι τάττομεν. Ἐκείνους γὰρ πολλαχοῦ μνημνόμενος περὶ Πατρόκλου καὶ Ἀχιλλεύς, τὸν μὲν ἔρωτα καὶ τὴν ἐπινομίαν αὐτῶν τῆς φίλης ἀποκρύπτει, ἠγούμενος τὰς τῆς εὐνοίας ὑπερβολὰς καταφανεῖς εἶναι τοῖς πεπαιδευμένοις τῶν ἀκρατῶν. (143) Λέγει γὰρ που Ἀχιλλεύς ὀδυρόμενος τὸν τοῦ Πατρόκλου θάνατον, ὡς ἐν τι τοῦτο τῶν λυπηροτάτων ἀναμνησκόμενος, ὅτι τὴν ὑπόσχασιν τὴν πρὸς τὸν πατέρα τὸν Πατρόκλου Μενεΐτιον ἄκων ἐφύσατο ἐπαγγεῖλασθαι γὰρ εἰς Ἰοῦντα σῶν ἀπάξειν, εἰ συμπέμψω αὐτὸν εἰς τὴν Τροίαν καὶ παρακαταθεῖτο αὐτῷ ἢ καταφανεῖς ἔστιν ὡς δι' ἔρωτα τὴν ἐπιμέλειαν αὐτοῦ παρέλαβεν. (144) Ἔστι δὲ τὰ ἔπη ἃ ἐγὼ νῦν ὑμῖν μίλλω λέγειν·

10 Ὡ πόποι, ἦ β' ἄλιον ἔπος ἔκβαλον ἡματι κείνῳ
θερσύνων ἦρωα Μενεΐτιον ἐν μεγάροισιν.
Φῆν δὲ οἱ εἰς Ἰπτόντα περικλυτὸν υἱὸν ἀπάξειν,
ἴλιον ἐκπέρσαντα λαχόντα τε λήϊδος αἴσαν.
Ἄλλ' οὐ Ζεὺς ἀνδρῶσι νοήματα πάντα τελευτᾷ·
ἄμωρ γὰρ πέπρωται ὁμοίην γαστὴν ἐρεῦθειν.

20 111. Ὁὐ τοίνυν ἐνταῦθα μόνον σχετλιάζων φαίνεται, ἀλλ' αὖτις αὐτὸν ἰσχυρῶς ἐπένοθησεν, ὥστε περὰ Θέτιδος τῆς αὐτοῦ μητρὸς προσκούσας ὅτι μὴ μετελθῶν μὲν εὐλὴ ἐβρωῖς, ἀλλ' εἰσὰς ἀτιμώρητον τὸν τοῦ Πατρόκλου θάνατον, ἐπανελλήν οικαδὲ γηραιὸς ἐν τῇ αὐτοῦ πατρὶδι ἀπρωϊνεῖται, τιμωρησάμενος δὲ διὰ τῶν μὲν μέλλω σὺν βίῳ τελευτᾶν, εἴλατο τὴν τοῦ τελευτήτος 20 πείραν μὴ μὴν ἢ τὴν σιωπῆριαν. Ὁὐτις δὲ μεγαλοψύχως ἠπαίρει τὴν φωνὴν τὸν ἐκείνου τιμωρησάσθαι, ὥστε πᾶντιν αὐτὸν παραμυθουμένων, καὶ καλυόντων λούσθηται καὶ σίτον προσενέγκασθαι, ἀπόμνησι μὴδὲν τούτων πρὸς ἐν πρὶν ἂν τὴν τοῦ Ἰκτορος κεφαλὴν ἐπὶ τὸν

assecutionem porro et inspectionem, modestie custodiam esse maximam existimavit. (140) Proinde viros de republica bene meritos et virtute præstantissimos, Harmodium atque Aristogitonem, modestus ille ac legitimus, sive amor sive mos est appellandus, sic erudit, ut qui eorum facta celebrant, laudes rerum ab illis gestarum non assequi videantur.

141. Quando autem Achillis et Patrocli meministis, atque Homeri aliorumque poetarum, quasi iudices nullis disciplinis sint eruditi, vos autem gravitatem quandam affectatis et populo majorem eruditionem : ut videatis nos quoque jam aliquid audivisse ac didicisse, hisce de rebus et ipsi aliquid disseremus. Postquam enim eruditorum hominum facere mentionem et ad expositas versu sententias confugere institunt, videte, Athenienses, poetis omnium consensu præstantibus et bonis consideratis, quantum interesse existimant inter modestos ac sui similibus amantes, et inter immodestos, qui ea desiderant quæ non decet, ac contumeliosos. (142) Primum autem de Homero dicam, quem in antiquissimis et sapientissimis poetis numeramus. Qui quum multis locis Patrocli et Achillis meminert, amorem et cognomentum amicitie illorum dissimulat, quum insignem illam benevolentiam eruditus auditoribus esse conspicuam existimet. (143) Quodam enim loco Achilles Patrocli necem deplorans, ut rem earum rerum quæ sibi acciderint omnium acerbissimam : dum recordatur, se invitum sefellisse fidem Menetio Patrocli patri datam cui promississet, se Patroclum Opuntem salvum reducturum, si eum secum ad Trojam ablegasset et fidei suæ commississet : unde apparet eum amoris causa illius curam suscepisse. (144) Eos autem versus dicit, quos ego nunc recitabo :

Heu quam stulta meæ venit sententia menti,
quo spondere die potui tibi, clare Menetii,
incolumem illustremque ad Opuntia moenia natum
eversa Troja, spoliis insignibus auctum,
victorem! Sed non deus omnibus omnia vota
indulget : siquidem sic impia fata tulerunt,
nos eadem ut tegeret tellus, utriusque cruore
sparsa ruberet humus.

(145) Neque vero hic duntaxat lamentatur, sed eum adeo vehementer luget, ut quum a Thetide matre audisset, se, si hostes non persequeretur, sed inultam Patrocli necem pateretur, domum reversum, senem in sua patria obiturum; an ultus esset, celeriter vitam cum morte commutaturum : illdem erga mortuum suum prætulit incolumitati; tantaque animi magnitudine ad ulciscendum illius interfectorem properarit, ut omnibus eum consolantibus, et lavare ac cibum capere jubentibus, abjurarit se quicquam illorum facturum, priusquam caput Hectoris ad Patrocli sepulcrum attulisset.

τοῦ Πατρόκλου τάφον ἐνέγκῃ. (146) Καθεύδοντας δ' αὐτοῦ ἐπὶ τῇ πυρᾷ, ὡς φησιν ὁ ποιητής, εἰδωλον
 10 ἐρίσταιται τὸ Πατρόκλου, καὶ τοιοῦτον ἐπεμνήσθη καὶ
 τοιαῦτα ἐπέσκηψε τῷ Ἀχιλλεῖ, ἐφ' οἷς καὶ θαυρῶσαι
 καὶ ζῆλωσαι τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν φιλίαν ἀξίον αὐτῶν
 ἔστιν. Ἐπισκῆπτει μὲν γὰρ αὐτῷ, προειπὼν ὅτι οὐδὲ
 ἐκίνας ἀπέχει μακρὰν τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, εἰ πως
 εἴη δυνατόν, προδιοικήσασθαι ὅπως τὸν αὐτὸν τρόπον,
 ὡσπερ καὶ ἐτρέφθησαν καὶ εἰδῶσαν ἐν τῷ αὐτῷ, οὕτω
 20 καὶ τελευτησάντων αὐτῶν τὰ ὀστέα ἐν τῇ αὐτῇ σορῷ
 κείσεται. (147) ὀδυρόμενος δὲ καὶ τὰς διατριβὰς διεξιὼν
 ἄς μετ' ἀλλήλων ζῶντες διέτριβον, λέγει ὅτι « οὐκέτι
 περὶ τῶν μεγίστων, ὡσπερ τὸ πρότερον, καθιζόμενοι
 μετ' ἀλλήλων μόνου ἀποθην τῶν ἄλλων φίλων βουλευσόμεθα,
 « τὴν πίστιν (οἶμαι) καὶ τὴν εὐνοίαν ποθεινοτάτην
 ἠγούμενος εἶναι. Ἴνα δὲ καὶ διὰ τοῦ μέτρου τὰς γνώμας
 ἀκούσῃτε τοῦ ποιητοῦ, ἀναγνώσεται ὑμῖν ὁ γραμματεὺς
 40 τὰ ἔπη τὰ περὶ τούτων, ἃ Ὀμηρος πεποίηκε.

(148) Λέγει πρῶτον τὰ περὶ τῆς Ἑκτορος τιμωρίας.
 Ἄλλ' ἐπεὶ οὖν, φίλ' ἑταῖρε, σεῦ ὕστερος εἴμ' ὑπὸ γαλαν,
 οὐ σε πρὶν κτερεῶ πρὶν γ' Ἑκτορος ἐνόβωδ' ἐνάσαι
 ταίγεα καὶ κεφαλῆν, μεγαθύμου σείο φονῆρα.
 (149) Ἀναγίνωσθε δὴ ἃ περὶ τοῦ βροτάφους αὐτοῦς γε-
 21 νῆσθαι λέγει ἐν τῷ ὕπνῳ ὁ Πάτροκλος, καὶ περὶ τῶν
 διατριβῶν ἄς συνδιέτριβον ἀλλήλοισ.

Οὐ γὰρ ἐτι ζωοὶ γε φίλων ἀπάνευθεν ἑταίρων
 βουλὰς εἰρήμενοι βουλευόμεν' ἄλλ' ἐμὲ μὲν Κῆρ
 ἀμφέρανε συνηρῆ, ἥπερ λάχε γεινόμενόν περ'
 5 καὶ ἔε σοι αὐτῷ μοῖρα, θεοῖς ἐπιεικῆ! Ἀχιλλεῦ,
 ταίγει ὑπο Τρώων εὐηγεμένω ἀπολείσθαι,
 μαρνάμενον θηλοῖς Ἑλένης ἕνεκ' ἠκυόμοιο.
 Ἄλλο δὲ τοι ἔρεω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλειο σῆσιν'
 μὴ ἐμὲ σὼν ἀπάνευθε τιθῆμεναι ὄσσε', Ἀχιλλεῦ,
 10 ἄλλ' ἵνα κέρ σε καὶ αὐτὸν ὁμοίη γαῖα κεκαύθη,
 χρυσίῳ ἐν ἀμφοροεῖ, τὸν τοι πόρε πότνιζ μῆτηρ.
 Ὡς ὁμοῦ ἐτρέφεμεν περ ἐν ὑμετέροισι δόμοισιν,
 οὐτὲ με τυτθὸν ἰόντα Μενότιος ἐξ Ὀκείαντος
 ἤγαγεν ὑμετέροισ' ἄνδρ' ἀνδροκασίης ὑπο λυγρῆς,
 15 ἤματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος,
 νῆπιος, οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χαλωθεῖς,
 ἔνθα με δεξάμενος ἐν δώμασιν Ἰκπότη Πηλεΐς
 ἔτραπέ τ' ἐνδυπέας καὶ οὐκ θεράποντ' ἐνόμησεν'
 ἄς δὲ καὶ ὀστέα νῶϊν ὁμη σορῷ ἀμφικαλύπτου.

(150) Ὡς τοίνυν ἐξῆν ἂν αὐτῷ σωθῆναι μὴ τιμωρησα-
 μένω τὸν τοῦ Πατρόκλου θάνατον, ἀνάγκωδι ἃ λέγει
 ἡ Θέτις.

Ἰκέμορος δὴ μοι τέκος ἔσσει, οἳ ἀγορεύεις·
 αὐτίκα γὰρ τοι ἔπειτα μεθ' Ἑκτορα πότμος ἐτοίμος.
 25 Τὴν δ' αὖτε προσέειπε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς·
 αὐτίκα τειναιῆν, ἔπει οὐκ ἄρ' ἐμελλον ἑταίρω
 κτεινομένῳ ἐπαμῦναι, ὁ μοι πολὺ φίλτατος ἔσκεν.

151. Ὁ τοίνυν οὐδενὸς ἤττον σφοδρῶς τῶν ποιητῶν Εὐ-
 ριπίδης, ἐν τι τῶν καλλίστων ὑπολαμβάνων εἶναι τὸ
 σωφρονικῶς εἶρην, ἐν εὐχῆς μέρει τὸν ἔρωτα ποιούμενος
 λέγει πού,

Ὁ δ' εἰς τὸ σάφρον ἐπ' ἀρετῆν τ' ἄγων ἔρωα
 30 ζῆλωτὸς ἀνθρώποισιν ἄν εἶην ἐγώ.

(146) Ei porro in rogo dormienti, ut ait poeta, simulacrum
 Patrocli obversatum, hujusmodi rerum memoriam refriat
 et ea mandat Achilli, quæ nobis lacrimas excutere pos-
 sint, et efficere ut virtutem eorum atque amicitiam admi-
 remur. Nam eum jubet, præfatus in primis illum etiam
 non longe a morte abesse, si quo modo fieri possit, dare
 operam, ac providere, ut quemadmodum una sint educati
 et versati, sic eorum etiam defunctorum ossa eodem in lo-
 culo reponantur. (147) Præterea lamentans, et actam una
 vitam recensens, ait, se posthac maximis de rebus, ut soliti
 prius fuerint, in eodem consensu, seorsum a ceteris non esse
 deliberaturos: fidem, opinor, et benevolentiam, rem summi
 esse desiderii existimans. Ut autem poetæ sententias versi-
 bus inclusas audiat, recitabit vobis scriba versus quos his
 de rebus fecit Homerus. (148) Eos primum narra, quos
 de Hectoris supplicio fecit.

Nunc postquam, Patrocle, tuæ sum postera vite
 tempora sortitus, non ante ego debita solvam
 funeri justa tuo, quam huc Hectoris arua superbi
 et caput attulero.

(149) Recita ergo ea quæ Patroclus in somnis illi dicit de
 communi sepultura, et de vitæ actæ una consuetudine:

Non dabitur tecum posthac de rebus agendis
 consulere, ut nuper viventes fecimus ambo;
 sed me letiferi cohibet vis ferrea fati,
 quod mihi nascenti sævæ staturæ sorores.
 Hoc quod te quoque, Achille, manet, sub moribus altis
 Laomedontæ parvo post tempore Trojæ.
 Hoc quoque te repetens iterumque iterumque precabor,
 ne procul a nostris tua mandes ossa reponi
 ossibus: et quoniam primos simul egimus annos,
 quum puerum pater ex Opoente Menœtus olim
 me tulit ad vestros studio properante penates,
 tempore quo infelix nata Amphidamante perent
 ludendo invitus: tum me domus inclyta Pelei
 suscepit, cura et tecum nutritiv eadem:
 nunc etiam nostra ossa una cadantur in urna
 conjuncta aureola, sed quæ capere utraq; possit.
 Quam tibi (nam meminî) dono dedit inclyta mater.

(150) Licuisse porro ei esse incolumi, nisi Patrocli necem
 ultus esset, ea legito quæ Thetis ait:

Cito moriturus mihi, fili, es, quum talia dicas:
 ilico enim tibi deinde post Hectorem fatum paratum est.
 Illam autem vicissim affatus est pedibus velox Achilles:
 illico moriar, quandoquidem non eram socio, [mus erat.
 dum interficeretur, auxiliaturus, qui mihi omnium carissî-

151. Jam qui nulli poetarum sapientia cedit Euripides,
 in rebus honestissimis amorem modestum numerans, quo-
 dam eum loco votis exoptans, sic ait:

Amor modestus, et virtutis assecla,
 est exoptendus, isque contingat mihi.

35 ακολουθεῖν καὶ ἔφορᾶν φρουρᾶν καὶ φυλακὴν σωφροσύνης ἠγήσατο εἶναι μεγίστην. (140) Τοιγάρτοι τοὺς τῆς πόλεως μὲν εὐεργέτας, ταῖς δ' ἀρεταῖς ὑπερνηνοχότας, Ἀρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, ὁ σώφρων καὶ ἔννομος, εἴτε ἔρωτα εἴτε τρόπον αὐτὸν γρη' προσειπεῖν, τοιοῦτους ἐπαίδευσεν ὥστε τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ἐκείνων ἔργα καταδεστέρους δοκεῖν εἶναι ἐν τοῖς ἔγκωμοις τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων.

40 141. Ἐπειδὴ δὲ Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου μέμνησθε καὶ Ὀμήρου καὶ ἑτέρων ποιητῶν, ὡς τῶν μὲν δικαστῶν ἀνηκόων παιδείας ὄντων, ὑμεῖς δὲ εὐσχήμονές τινες προσποιεῖσθε εἶναι καὶ περιφρονοῦντες ἱστορίᾳ τὸν δῆμον, ἴν' εἰδῆτε ὅτι καὶ ἡμεῖς τι ἤδη ἠκούσαμεν καὶ ἐμάθομεν, λέξομέν τι καὶ ἡμεῖς περὶ τούτων. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπιχειροῦσι φιλοσόφων ἀνδρῶν μνηστῆσαι καὶ καταφρῦειν ἐπὶ τοὺς εἰρημένους ἐν τῷ μέτρῳ λόγους, 20 θεωρήσατε ἀποβλέψαντες, ὡς Ἀθηναῖοι, εἰς τοὺς ὁμολογουμένως ἀγαθοὺς καὶ χρηστοὺς ποιητάς, ὅσον κεχωρῖσθαι ἐνόμισαν τοὺς σώφρονας καὶ τῶν ὁμοίων ἐρώντας καὶ τοὺς ἀκαρτεῖς ὧν οὐ γρη' καὶ τοὺς ὑβριστάς. (142) Λέξω δὲ πρῶτον μὲν περὶ Ὀμήρου, ὃν ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις καὶ σοφωτάτοις τῶν ποιητῶν εἶναι τάττομεν. Ἐκεῖνος γὰρ πολλαχοῦ μνημνέμενος περὶ Πατρόκλου καὶ Ἀχιλλέως, τὸν μὲν ἔρωτα καὶ τὴν ἐπωνυμίαν αὐτῶν τῆς φιλίας ἀποκρύπτεται, ἠγούμενος τὰς τῆς εὐνοίας ὑπερβολὰς καταφανεῖς εἶναι τοῖς πεπαιδευμένοις τῶν ἀκροατῶν. (143) Λέγει γάρ που Ἀχιλλεὺς ὀδυρόμενος τὸν τοῦ Πατρόκλου θάνατον, ὡς ἐν τι τοῦτο τῶν λυπηροτάτων ἀναμνησκόμενος, ὅτι τὴν ὑπόσχασιν τὴν πρὸς 10 τὸν πατέρα τὸν Πατρόκλου Μενεΐτιον ἄκων ἐψεύσατο· ἐπαγγεῖλασθαι γὰρ εἰς Ὀποῦντα σὼν ἀπάξειν, εἰ συμπέμφειν αὐτὸν εἰς τὴν Τροίαν καὶ παρακαταθεῖτο αὐτῷ· ᾧ καταφανής ἐστιν ὡς δι' ἔρωτα τὴν ἐπιμέλειαν αὐτοῦ παρέλαβεν. (144) Ἔστι δὲ τὰ ἔπη ἃ ἐγὼ νῦν ὑμῖν μέλλω λέγειν

Ὡ πόποι, ἦ β' ἄλιον ἔπος ἐκβαλον ἡματι κείνῳ
 35 θαρσύνων ἦρωα Μενεΐτιον ἐν μεγάροισιν.
 Φῆν δέ οἱ εἰς Ὀπόεντα περικλυτὸν υἱὸν ἀπάξειν,
 Ἴλιον ἐκπέρσαντα λαχόντα τε λήϊδος αἴσαν.
 Ἄλλ' οὐ Ζεὺς ἀνδρῆσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ·
 ἄμφω γὰρ πέπρωται ὁμοίην γαῖαν ἐρεῦθειν.

20 (145) Οὐ τοίνυν ἐνταῦθα μόνον σχετλιάζων φαίνεται, ἀλλ' οὕτως αὐτὸν ἱσχυρῶς ἐπένησεν, ὥστε παρὰ Θέτιδος τῆς αὐτοῦ μητρὸς προακούσας ὅτι μὴ μετελθὼν μὲν τοὺς ἔχθρους, ἀλλ' ἕασας ἀτιμώρητον τὸν τοῦ Πατρόκλου θάνατον, ἐπανελθὼν οἴκαδε γηραιὸς ἐν τῇ αὐτοῦ πατρίδι ἀποθνεῖται, τιμωρησάμενος δὲ διὰ ταχέων μέλλω τὸν βίον τελευτᾶν, εἴλετο τὴν τοῦ τεθνεῶτος 25 πίστιν μέλλον ἢ τὴν σωτηρίαν. Οὕτω δὲ μεγαλοψύχως ἠπείγετο τὸν φονεὴ τὸν ἐκείνου τιμωρησάσθαι, ὥστε πάντων αὐτὸν παραμυθούμενος, καὶ κελευόντων λούσασθαι καὶ σίτον προσενέγκασθαι, ἀπομνησι μηδὲν τούτων πράττειν πρὶν ἂν τὴν τοῦ Ἐκτοροῦ κεφαλὴν ἐπὶ τὸν

assecationem porro et inspectionem, modestiæ custodiam esse maximam existimavit. (140) Proinde viros de republica bene meritos et virtute præstantissimos, Harmodium atque Aristogitonem, modestus ille ac legitimus, sive amor sive mos est appellandus, sic erudit, ut qui eorum facta celebrant, laudes rerum ab illis gestarum non assequi videantur.

141. Quando autem Achillis et Patrocli meministis, atque Homeri aliorumque poetarum, quasi iudices nullis disciplinis sint eruditi, vos autem gravitatem quandam affectatis et populo majorem eruditionem : ut videatis nos quoque jam aliquid audivisse ac didicisse, hisce de rebus et ipsi aliquid disseremus. Postquam enim eruditorum hominum facere mentionem et ad expositas versu sententias confugere instituunt, videte, Athenienses, poetis omnium consensu præstantibus et bonis consideratis, quantum interesse existimant inter modestos ac sui similibus amantes, et inter immodestos, qui ea desiderant quæ non decet, ac contumeliosos. (142) Primum autem de Homero dicam, quem in antiquissimis et sapientissimis poetis numeramus. Qui quum multis locis Patrocli et Achillis meminerit, amorem et cognomentum amicitiae illorum dissimulat, quum insignem illam benevolentiam eruditis auditoribus esse conspicuam existimet. (143) Quodam enim loco Achilles Patrocli necem deplorans, ut rem earum rerum quæ sibi acciderint omnium acerbissimam : dum recordatur, se iuvitum fefellisse fidem Menælio Patrocli patri datam cui promississet, se Patroclum Opuntem salvum reducturum, si eum secum ad Trojam ablegasset et fidei suæ commisisset : unde apparet eum amoris causa illius curam suscepisse. (144) Eos autem versus dicit, quos ego nunc recitabo :

Heu quam stulta meæ venit sententia menti,
 quo spondere die potui tibi, clare Menæti,
 incolumem illustremque ad Opuntia mœnia natum
 eversa Troja, spoliis insignibus auctum,
 victorem ! Sed non deus omnibus omnia vota
 indulget : siquidem sic impia fata tulerunt,
 nos eadem ut tegeter tellus, utriusque cruore
 sparsa rubret humus.

107. Campus est, Athenienses, quem Cirrhaeum nomi-
nant, portusque qui hodie Sacer et Sceleratus appellatur.
Eam regionem tenuerunt olim Cirrhaei et Cragalidae, gen-
tes a legibus alienissimae, qui et templum Delphicum et quae
in eo erant donaria violarunt, simulque Amphictyonum
concilio injurias intulerunt. Ob haec igitur facta indignati,
quum reliqui Amphictyones, tum vero maxime, ut ferunt,
majores vestri, oraculum dei scitabantur, quibus suppliciis
in istos homines animadvertere oporteret. (108) Respondit
Pythia, uti Cirrhaeos et Cragalidas omni tempore dies
noctesque bello vexarent, direptisque eorum finibus ipsis-
que in servitum abstractis, agros illos Apollini Pythio,
Dianae, Latonae, Minervae Pronae, ut in perpetuum in-
culti essent, consecrarent, eosque neque ipsi colerent ne-
que ab alio coli paterentur. Hoc oraculo accepto, Amphi-
ctyones decreverunt, sententiam dicente Solone Atheniensi,
viro et legum scribendarum peritissimo et in poeticae ac
philosophiae studiis exercitato, ut ex oraculi praescripto
exercitus contra sceleratos duceretur. (109) Justis itaque
ex Amphictyonibus collectis copiis, homines illos in servi-
tutem redegerunt, portum obstruxerunt, urbem funditus
diruerunt, regionem omnem ex oraculo consecraverunt,
quin et religiosissimo se sacramento devinxerunt, neque se
terram sacram culturos neque ab aliis coli passuros, sed
opem deo terraeque sacrae, manibus, pedibus, voce, omni
virium contentione perlaturus. (110) Neque vero satis habue-
runt, jusjurandum hoc sanxisse, sed devotionem insuper et

καὶ προστροπὴν καὶ ἀρὰν ἰσχυρὰν ὑπὲρ τούτων ἐποιήσαντο. Γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῇ ἀρχῇ, « εἰ τις τάδε » φησὶ « παραβαίνει ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης ἢ ἔθνος, ἑναγῆς « φησιν » ἔστω τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀρτέμιδος καὶ 15 Λητοῦς καὶ Ἀθηναῖς Προναίας. » (111) Καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς μήτε γῆν καρποῦς φέρειν, μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἰουκότα ἀλλὰ τέρατα, μηδὲ βοσκήματα κατὰ φύσιν γονὰς ποιεῖσθαι, ἦτταν δὲ αὐτοῖς εἶναι πολέμου καὶ δικῶν καὶ ἀγορῶν, καὶ ἐξώλεις εἶναι καὶ αὐτοῦς καὶ οἰκίας καὶ γένος τὸ ἐκείνων « Καὶ μήποτα » φησὶν « ὁσίως θύσαιεν τῷ Ἀπόλλωνι μηδὲ τῇ Ἀρτέμιδι μηδὲ τῇ Λητοῖ μηδ' Ἀθηναῖ Προναίᾳ, μηδὲ 20 ἀνέγνωθι τὴν τοῦ θεοῦ μαντεῖαν. Ἀκούσατε τῆς ἀρχῆς ἀναμνήσθητε τῶν ὄρκων, οὐς ὑμῶν οἱ πρόγονοι μετὰ τῶν Ἀμφικτυόνων συνώμοσαν.

MANTEIA.

[οὐ πρὶν τῆσδε πόλεως ἐρείψετε πύργον ἐλόντες, πρὶν γε θεοῦ τεμένει κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης 25 κῦμα ποτικλυζῆ, κελადοῦν ἱεραῖσιν ἐπ' ἀκταῖς.]

APA. OPKOI.

113. Ταύτης τῆς ἀρχῆς καὶ τῶν ὄρκων καὶ τῆς μαρτυρίας γενομένης, ἀναγεγραμμένον ἔτι καὶ νῦν, οἱ Λοκροὶ οἱ Ἀμφισσεῖς, μᾶλλον δὲ οἱ προσετιχότες αὐτῶν, ἀνδρες παρανομώτατοι, ἐπειράζοντο τὸ πεδίον, καὶ τὸν λαίμαρον τὸν ἐξάριστον καὶ ἐπάρaton πάλιν ἐτείχισαν καὶ συνώκισαν, καὶ τέλος τοὺς καταπλέοντας ἐξέλεγον, 30 καὶ τῶν ἀρικνουμένων εἰς Δελφοῦς πυλαγόρων ἐνίοους χρήμασι διέφθειραν, ὧν εἷς ἦν Δημοσθένης. (114) Χειροτονηθεὶς γὰρ ὑφ' ὑμῶν πυλαγόρας λαμβάνει χιλίας δραχμὰς παρὰ τῶν Ἀμφισσεῶν ὑπὲρ τοῦ μηδεμίαν μνεῖαν περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς Ἀμφικτυοῖσι ποιήσασθαι. Διωμολογήθη δ' αὐτῷ καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἀποσταλήσεσθαι Ἀθήναζε τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκάστου μναῖς 35 εἰκοσι τῶν ἐξαρίστον καὶ ἐπάρτων χρημάτων, ἐφ' ὅτε βοηθήσειν τοῖς Ἀμφισσεῦσιν Ἀθήνησι κατὰ πάντα τρόπον ὅθεν μᾶλλον ἢ πρότερον συμβέβηκεν αὐτῷ, ὅτου ἂν προσάψεται ἀνδρὸς ἰδιώτου ἢ ἐνάστου ἢ πόλεως δημοκρατουμένης, τούτων ἐκάστους ἀνιάτοις κακοῖς περιβάλλειν.

114. Σκέψασθε δὴ τὸν δαίμονα καὶ τὴν τύχην, ὡς περιεγένετο τῆς τῶν Ἀμφισσεῶν ἀσεβείας. Ἐπὶ γὰρ Θεοφράστου ἀρχοντος, ἱερομνήμονος ὄντος Διογῆτου Ἀναφλυστίου, πυλαγόρους ὑμεῖς ἐλεσθε Μειδίαν τε ἐκείνιον τὸν Ἀναγυράσιον, ὃν ἐβουλόμην ἂν 40 πολλῶν ἕνεκα ζῆν, καὶ Θρασυκλέα τὸν Λέκκιον, καὶ τρίτον δὲ μετὰ τούτων ἐμέ. Συνέθη δ' ἡμῖν ἀρτίως μὲν εἰς Δελφοῦς ἀρῆχθαι, παραρῆμα δὲ τὸν ἱερομνήμονα Διογῆτην πυρέττειν τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο συνεπε-

exsecrationem validam adjecerunt. Ita enim in exsecratione scriptum est : Si quis, inquit, hæc violaverit, sive civitas sive quis privatus, sive natio, caput ejus Apollini, Dianæ, Latonæ, Minervæ Pronææ devotum esto : (111) imprecatur iis porro, ut neque ipsis terra fructum ferat, neque conjuges eorum liberos parentibus similes sed portenta emittantur, neque pecudes foetus naturales edant; ut e bello, e judiciis, e foro victi discedant, et internecone delectantur et ipsi et ædes et genus ipsorum; neque unquam, inquit, Apollini aut Dianæ aut Latonæ aut Minervæ Pronææ sancte libanto, neque numinibus illis eorum sacra accepta sunt. (112) Atque ut hæc vera dicere me pateat, recita dei oraculum. Audite exsecrationem; jurisjurandi, quod cum ceteris Amphictyonibus majores vestri juraverunt, memoriam repetite.

ORACULUM.

[Non prius hanc urbis captam delebitis arcem, Quam mea templa mihi fervens maris alluat unda, Litoribusque sacris resonet Neptunia conjunx.]

EXSECRATIO. JUSJURANDUM.

113. Hac exsecratione facta, hoc jurejurando, hoc oraculo dato, quæ omnia in tabulas publicas relata adhuc exstant, Locri Amphissenses, ac potius eorum principes, homines iniquissimi, campum illum excoluerunt, portum sacrum et sceleratum rursus munierunt et habitarunt, ac portoria ab adnavigantibus exegerunt; nonnullos etiam ex Pylagoris qui Delphos proficiscebantur pecunia corruperunt, quo quidem in numero fuit Demosthenes. (114) Nam suffragio creatus a vobis Pylagoras mille drachmas ab Amphissensibus accepit, ne quam eorum apud Amphictyonas mentionem faceret. Pacto etiam promissum erat, ut in posterum viginti minæ ex devota illa et exsecrata pecunia singulis annis Athenas ei mitterentur, ut ibi omni contentione Amphissensibus opitularetur. Unde magis etiam quam unquam alias ei contigit, ut quemcunque vel privatum vel potestate præditum vel liberam civitatem attingeret, eorum singulos insanabilibus serumais implicaret.

115. Sed videte, quæso, quantopere vicerit Amphissensium impietatem divinum numen et fortuna. Archonte Theophrasto, hieromnemone Diogneto Anaphlystio, vos Pylagoras legisit Midiam illum Anagyrasium, quem ego multis de causis velim nunc supersditem, et Thrasyclem Leccium, et me una cum his tertium. Accidit autem quum primum Delphos delati sumus, ut Diognetus hieromnemnon in febrim incidit; eodemque morbo correptus est Midias. Ceteri

πρώκει καὶ τῷ Μειδίᾳ. Οἱ δ' ἄλλοι συνεκάθητο Ἀμφικτύονες. (116) Ἐξηγγέλλετο δ' ἡμῖν παρὰ τῶν βουλομένων εὖνοιαν ἐνδείκνυσθαι τῇ πόλει, ὅτι οἱ Ἀμφισσεῖς ὑποπεπτωκότες τότε καὶ δεινῶς θεραπεύοντες τοὺς Θεβαίους εἰσέφερον δόγμα κατὰ τῆς ὑμετέρας πόλεως, πεντήκοντα ταλάντια ζημιῶσαι τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, ὅτι χρυσᾶς ἀσπίδας ἀνέθηκε πρὸς τὸν κινὸν νεῶν πρὶν ἐξαράσασθαι, καὶ ἐπεγράψαμεν τὸ προσήκον ἐπίγραμμα « Ἀθηναῖοι ἀπὸ Μήδων καὶ Θεβαίων ὄτε τᾶναντία τοῖς Ἑλλήσιν ἐμάχοντο. » Μεταπειθόμενος δέ με ὁ ἱερομνήμων ἤϊστος εἰσελθεῖν εἰς τὸ συνέδριον καὶ εἰπεῖν τι πρὸς τοὺς Ἀμφικτύονας ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ αὐτὸν οὕτω προηρημένον. (117) Ἀρχομένου δέ μου λέγειν καὶ προθυμωτέρον πως εἰσεληλυθότος εἰς τὸ συνέδριον, τῶν ἄλλων πυλαγῶρων μεθεστηκότων, ἀναβοήσας τις τῶν Ἀμφισσέων, ἀνθρώπος ἀσελγέστατος καὶ (ὡς ἐμοὶ ἐφαίνετο) οὐδεμείας παιδείας μετεσχηκώς, ἴσως δὲ καὶ δαιμονίου τινὸς ἐξαμαρτάνειν αὐτὸν προαγομένου, « ἀρχὴν δέ γε » ἔφη « ὦ ἄνδρες Ἑλληγες, εἰ ἐσωφρονεῖτε, οὐδ' ἂν ὠνομάζετο τούνομα τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων ἐν ταῖσδε ταῖς ἡμέραις, ἀλλ' ὡς ἐναγεῖς ἐξήγετε ἐκ τοῦ ἱεροῦ. » (118) Ἄμα δὲ ἐμέμνητο τῆς τῶν Φωκέων συμμαχίας, ἣν ὁ Κρωθύλος ἐκέλευε ἔγραψε, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ δυσγερῆ κατὰ τῆς πόλεως διεξῆμι λέγων, ἃ ἐγὼ οὔτε τοτ' ἐκαρτέρουν ἀκούων οὔτε νῦν ἡδέως μέμνημαι αὐτῶν. Ἀκούσας δὲ οὕτω παρωξύνθη ὡς οὐδεπόποι' ἐν τῷ ἑμαυτοῦ βίῳ. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους λόγους ὑπερήσομαι ἐπῆλθε δέ μοι ἐπὶ τῆν γνώμην μνησθῆναι τῆς τῶν Ἀμφισσέων περὶ τὴν γῆν τὴν ἱερὰν ἀσεθείας, καὶ αὐτόθεν ἐστηκὸν ἐδείκνυσεν τοῖς Ἀμφικτύοσιν ὑπόκειται γὰρ τὸ Κιρραῖον πεδῖον τῷ ἱερῷ καὶ ἔστιν εὐσύνοπτον. (119) « Ὅρατ', » ἔφη ἐγὼ, « ὦ ἄνδρες Ἀμφικτύονες, ἐχειρασμένον τοῦτο τὸ πεδῖον ὑπὸ τῶν Ἀμφισσέων καὶ κεραμεῖα ἐνωκοδομημένα καὶ αὐλία ὄρατε τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸν ἐξάγιστον καὶ ἐπάρατον λιμένα τετειγισμένον ἴστε τούτους αὐτοὶ (καὶ οὐδὲν ἐτέρων δεῖσθε μαρτύρων) τὴν πεπραχότα καὶ χρήματα λαμβάνοντας ἐκ τοῦ ἱεροῦ λιμένος. » Ἄμα δὲ ἀναγινώσκειν ἐκέλευον αὐτοῖς τὴν μαντείαν τοῦ θεοῦ, τὸν ὄρκον τῶν προγόνων, τὴν ἄραν τὴν γενομένην, καὶ διωριζόμεν ὅτι (120) « ἐγὼ μὲν ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων καὶ τοῦ σώματος καὶ τῶν τέκνων καὶ οἰκίας τῆς ἑμαυτοῦ βοηθῶ κατὰ τὸν ὄρκον καὶ τῷ θεῷ καὶ τῇ γῇ τῇ ἱερᾷ καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ καὶ φωνῇ καὶ πᾶσιν οἷς δύναμαι, καὶ τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἀφοσιῶ ὑμεῖς δ' ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ἤδη βουλευέσθε. Ἐνῆρξται μὲν τὰ κανῶ, παρεῖσθε δὲ τοῖς βομοῖς τὰ θύματα, μέλλετε δ' αἰτεῖν τοὺς θεοὺς τὰγαθὰ καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ. (121) Σκοπεῖτε δὲ ποία φωνῇ, ποία ψυχῇ, ποίοις ὄμμασι, τίνα τόλμαν κτησάμενοι τὰς ἰκεσίας ποιήσαθε, τούτους παρέντες ἀτιμωρήτους τοὺς ἐναγεῖς καὶ ταῖς ἀραῖς ἐνόχους. Οὐ γὰρ δι' αἰνιγμάτων ἀλλ' ἐναργῶς γέγραπται ἐν τῇ ἀρχῇ κατὰ τὴν τῶν ἀσεθησάντων, ἃ χρὴ παθεῖν αὐτούς, καὶ

Amphictyones in concessum coibant. (116) *Interea affertur ad nos ab iis qui suam in civitatem vestram benevolentiam declarare cuperent, Amphissenses, subjectos tunc et mirum in modum subeervientes Thebanis, decretum adversus civitatem nostram attulisse, quo populus Atheniensis quinquaginta talentis multaretur, propterea quod novo templo priusquam esset dedicatum aureos clypeos suspendissemus, addita inscriptione quam addi par erat, Athenienses de Medis ac Thebanis, quo tempore adversus Græcos hi pugnarunt.* Hieromnemon autem accersitum me rogabat, ut in concilium ingressus aliquid apud Amphictyonas pro civitate nostra dicerem, quum ipse ultro id in animo haberem. (117) Postquam igitur verba facere cœperam, et quidem paulo cupidius in concilium ingressus eram, quod ceteri Pylagores nostri abessent, exclamans quidam ex Amphissensibus, homo procacissimus et, ut mihi videbatur, omnis doctrinæ liberalis expertus, fortassis etiam a deo aliquo irato in hanc amentiam impulsus, *Omnino, si saperetis, inquit, vos Græci, ne nomen quidem Atheniensium his diebus nominaretis, sed eos tanquam impios et contaminatos templo exturbaretis.* (118) Et simul Phocensium societatem, quam Crobylus ille suaserat, commemorabat, multaque alia acerba et odiosa in civitatem nostram expromebat, ea percensens quæ neque tunc aures meæ sustinere poterant, neque nunc memoria libenter excito. Ceterum his auditis, tanta ego ira exarsi, quanta nunquam alias per totum vitæ meæ cursum. Atque alia quidem quæ tum locutus sum prætermittam: verum in mentem mihi venit Amphissensium in terram sacram impietatis facere mentionem, quam terram eodem e vestigio in quo insistebam Amphictyonibus monstrabam. Nam campus Cirrhæus templo subjacet, indeque facilis est conspectu. (119) *Videtis, inquam, Amphictyones, campum hunc ab Amphissensibus excultum, videtis figlinas et diversoria exstructa. Cernitis oculis sacrum et sceleratum portum illum munitum. Scitis ipsi, neque aliis testibus egelis, istos ex sacro portu vectigalia exigere pecuniamque cogere.* Simul iis dei oraculum, majorum jusjurandum, execrationem factam recitari jubebam, ac distinctis verbis, (120) *Ego, dicebam, pro populo Atheniensi, pro me, pro liberis domoque mea, ex majorum jurisjurandi præscripto, deo terræque sacre, manibus, pedibus, voce, quibuscumque denique rebus possum, opem feram, et civitatem nostram piaculo liberabo: vos vero vobis ipsi jam consulite. Canistrorum cœpta est circumvectatio, admotæ sunt altaribus hostiæ, bona tum publica tum privata a diis immortalibus estis petituri.* (121) *Vobiscum itaque reputate, qua voce, qua mente, quibus oculis, qua fidentia freli supplicationes facietis, si consceleratos et diris devotos homines inultos dimittetis. Non enim obscure sed apertissime in execratione scriptum est, quibus sint afficiendi supplicii tum sa-*

κατὰ τῶν ἐπιτροφάντων, καὶ τελευταῖον ἐν τῇ ἀρχῇ γέγραπται, μηδ' ὁσίως θύσαιεν οἱ μὴ τιμωροῦντες, φησί, τῷ Ἀπολλωνί μηδὲ τῇ Ἀρτέμιδι μηδὲ τῇ Ἀθητοῖ μηδ' Ἀθηναῖ Προναίᾳ, μηδὲ δεξάντο αὐτῶν τὰ ἱερά. »

122. Τοιαῦτα καὶ πρὸς τοῦτους ἕτερα πολλὰ διεξελθόντος ἐμοῦ, ἐπειδὴ ποτὲ ἀπηλλάγην καὶ μετέστην ἐκ τοῦ συνεδρίου, κραυγὴ πολλὴ καὶ θόρυβος ἦν τῶν Ἀμφικτυόνων, καὶ λόγος ἦν οὐκέτι περὶ τῶν ἀσπίδων ἀς ἡμεῖς ἀνέθεμεν, ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τῶν Ἀμφισσέων τιμωρίας. Ἦδη δὲ πόρρω τῆς ἡμέρας οὔσης προελθὼν ὁ κῆρυξ ἀνείπε, Δελφῶν θεοὶ ἐπὶ δίαιτες ἔδωσι, καὶ δούλους καὶ ἐλευθέρους, ἤκειν ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἔχοντας ἅμα καὶ διεκίλλας πρὸς τὸ Θύστιον ἐκεῖ καλούμενον καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς κῆρυξ ἀνηγόρευε τοὺς ἱερομνήμονας
71 καὶ πυλαγόρους ἤκειν εἰς τὸν αὐτὸν τόπον βοηθήσοντας τῷ θεῷ καὶ τῇ γῇ τῇ ἱερᾷ. « ἤτις δ' ἂν μὴ παρῆ πόλις, εἰρήεται τοῦ ἱεροῦ καὶ ἐναγῆς ἔσται καὶ τῇ ἀρχῇ ἐνοχος. » (123) Τῇ δὲ ὑστέραια ἤκομεν ἔωθεν εἰς τὸν προειρημένον τόπον, καὶ κατέβημεν εἰς τὸ Κιρραῖον πεδίον, καὶ τὸν λιμένα κατασκάφαντες καὶ τὰς οἰκίας ἐμπήσαντες ἀνεχωροῦμεν. Ταῦτα δὲ ἡμῶν πραττόντων οἱ Λοκροὶ οἱ Ἀμφισσεῖς, ἐξήκοντα στάδια ἀποθεν οἰκούντες Δελφῶν, ἤκουον πρὸς ἡμᾶς μὲθ' ὅπλων πανδοχησί· καὶ εἰ μὴ δρόμον μολὶς ἐξεφεύγομεν εἰς Δελφούς, ἐκινδυνεύσαμεν ἂν ἀπολέσθαι. (124) Τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ Κόττυρος ὁ τὰς γνώμας ἐπιψηφίζων ἐκκλησίαν ἐποίει τῶν Ἀμφικτυόνων ἐκκλησίαν γὰρ ὀνομάζουσιν, ὅταν μὴ μόνον τοὺς πυλαγόρους καὶ τοὺς ἱερομνήμονας
10 συγκαλέσωσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνθύοντας καὶ χρωμένους τῷ θεῷ. Ἐνταῦθ' ἤδη παλλαὶ μὲν ἐγίνοντο τῶν Ἀμφισσέων κατηγορίαι, πολλὸς δ' ἔπαινος ἦν κατὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως· τέλος δὲ παντὸς τοῦ λόγου ψηφίζονται ἤκειν τοὺς ἱερομνήμονας πρὸ τῆς ἐπιούσης πυλαίας ἐν ῥητῷ χρόνῳ εἰς Πύλας, ἔχοντας δόγμα καθ' ὃ τὴν γῆν τὴν ἱερὰν καὶ τοὺς Ἀμφικτυόνας ἐξῆμαρτον.
15 Ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, ἀναγνώσεται ὑμῖν ὁ γραμματεὺς τὸ ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

125. Τοῦ δόγματος τούτου ἀποδοθέντος ὑφ' ἡμῶν ἐν τῇ βουλῇ καὶ πάλιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τὰς πράξεις ἡμῶν ἀποδείξαμένου τοῦ δήμου καὶ τῆς πόλεως πάσης προαιρουμένης εὐσεβεῖν, καὶ Δημοσθένους ὑπὲρ
20 τοῦ μεσεγγυήματος τοῦ ἐξ Ἀμφισσῆς ἀντιλέγοντος καὶ ἐμοῦ φανεροῦς ἐναντίον ὑμῶν ἐξελέχοντος, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ φανεροῦ τὴν πόλιν ἄνθρωπος οὐκ ἠδύνατο σφῆλαι, εἰσελθὼν εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ μεταστησάμενος τοὺς ἰσώτατος ἐκφέρεται προβοῦλευμα εἰς τὴν ἐκκλησίαν, προσλαβὼν τὴν τοῦ γράψαντος ἀπειρίαν (126) τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διεπράξατο ἐπιψηφισθῆναι καὶ γενέσθαι δήμου ψήφισμα ἤδη ἐπαναστάσης τῆς ἐκκλησίας, ἀτεληλυθότος ἐμοῦ (οὗ γὰρ ἂν ποτὲ ἐπέ-
25 τρεφεῖ) καὶ τῶν πολλῶν δὲ ἀφαιμένων οὐ τὸ κεφαλαῖον

crilegi, tum si qui impietatem permiserint, ac postrema execrationis clausula est : NE PURE, inquit, LIBANTO APOLLINI, DIANÆ, LATONÆ, MINERVÆ PRONÆ, QUI NON POENAS EXEGERINT, NEQUE HIS EORUM SACRA ACCEPTA SUNTO.

122. Quum hæc et alia hujusmodi multa dixissem, cessat atque e consessu migravi; clamor illico ingens et fremitus inter Amphictyonas coortus est, neque jam de clypeis, quos dicaveramus, sed de pœnis ab Amphissensibus sumendis agebatur. Die igitur jam provecta, præco procedens nuntiauit, ut quotquot ex Delphis biennio pubertatem superassent, tum servi tum liberi, statim ubi diluxerit, cum falcibus et ligonibus ad Thystium quem appellant locum convenirent. Iterum idem præco edixit, ut hieromnemones et Pylagoræ eodem venirent deo et terræ sacra auxilium laturi : si qua vero civitas non affuerit, templo arceretur, scelerata foret et execrationi obnoxia. (123) Postridie mane in prædictum locum convenimus, in campum Cirrhæum descendimus, et effosso portu ædificiisque incensis rediimus. Interea dum hæc agimus, Locri Amphissenses qui sexaginta circiter stadia a Delphis distabant, armati in nos impetum fecerunt universi, et nisi in pedes coniecti vix tandem Delphos pervenissemus, periculum certe fuit ne funditus periremus. (124) Die proximo Cottypus, qui sententias suffragis permittebat, concionem indicit Amphictyonum; concionem autem nominant, quando non solum Pylagoras et hieromnemones convocant, sed eos etiam qui sacra simul faciunt, qui que oraculum dei adeunt. Ibi vero multis accusationibus urgentur Amphissenses, nostra civitas contra magnis laudibus ornatur. Totius autem orationis hic exitus fuit : decernitur ut hieromnemones ante proximum Pylæum consessum constituto tempore in Pylas coirent, unaque decretum afferrent, ex quo essent Amphissenses scelerum suorum in deum inque terram sacrani et Amphictyones pœnas daturi. Ut autem vera me loqui pernoescatis, decretum ipsum vobis scriba recitabit.

DECRETUM.

125. Hoc igitur decreto a nobis tum in senatu renuntiato, tum in concione ad populum prolato, et actionibus nostris a populo comprobatis, et universa civitate ad studium pietatis excitata, quum Demosthenes propter mercedis sponcionem illam Amphissensem contradiceret, a me vero coram vobis manifeste coargueretur, neque jam posset homo in propatulo civitatem decipere, ingressus in curiam et summotis privatis præconsultum senatus scribendum curat et in concionem defert, ejus qui scripserat Imperitia abusus : (126) perfecit porro, ut hoc ipsum senatus consultum in concione suffragis permitteretur utque a populo scisceretur, quum surrexisset jam concio, egoque discessissem (neque enim unquam passus essem), plurimique alii jam abissent;

ἔστι, « τὸν ἱερομνήμονα » φησί « τῶν Ἀθηναίων καὶ τοὺς πυλαγόρους τοὺς αἰεὶ πυλαγοροῦντας πορεύεσθαι εἰς Πύλας καὶ εἰς Δελφοὺς ἐν τοῖς τεταγμένοις χρόνοις ὑπὸ τῶν προγόνων », εὐπραπῶς γε τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ τῷ ἔργῳ αἰσχροῦς· κωλύει γὰρ εἰς τὸν σύλλογον τὸν ἐν Πύλαις ἀπαντᾶν, ὃς ἐξ ἀνάγκης πρὸ τοῦ καθήκοντος ἐμελλε χρόνου γίνεσθαι. (127) Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ φησί « τὸν ἱερομνήμονα » φησί « τῶν Ἀθηναίων καὶ τοὺς πυλαγόρους τοὺς αἰεὶ πυλαγοροῦντας μὴ μετέχειν τοῖς ἐκεῖ συλλεγομένοις μήτε λόγων μήτε ἔργων μήτε δογματίων μήτε πράξεως μηδεμιᾶς. » Τὸ δὲ μὴ μετέχειν τί ἐστι; πότερα τᾶληθές εἴπω ἢ τὸ ἥδιστον ἀκούσαι; τὸ ἀληθές ἐρῶ· τὸ γὰρ αἰεὶ πρὸς ἡδονὴν λεγόμενον οὕτωςαι τὴν πόλιν διατέθεικεν. Οὐκ ἔξ μεμνήσθαι τῶν ὄρκων, οὐς ἡμῶν οἱ πρόγονοι ὤμοσαν, οὐδὲ τῆς ἀρᾶς οὐδὲ τῆς τοῦ θεοῦ μαντείας.

128. Ἡμεῖς μὲν οὖν Ἀθηναῖοι κατεμείναμεν διὰ τοῦτο τὸ ψήφισμα, οἱ δ' ἄλλοι Ἀμφικτύονες συνελέγησαν εἰς Πύλας πλὴν μιᾶς πολέως, ἧς ἐγὼ οὐτ' ἂν τοῦνομα εἰποίμι, μὴθ' αἰ συμφορὰ παραπλήσιοι γίνοντο αὐτῆς μὴδὲ τῶν Ἑλλήνων. Καὶ συνελθόντες ἐψηφίσαντο ἐπιστρατεύειν ἐπὶ τοὺς Ἀμφισσείας, καὶ στρατηγὸν εἰλοντο Κόττυφον τὸν Φαρσάλιον τὸν τότε τὰς γνώμας ἐπιψηφίζοντα, οὐκ ἐπιδημοῦντος ἐν Μακεδονίᾳ Φιλίππου, ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ Ἑλλάδι παρόντος, ἀλλ' ἐν Σκύθαις οὕτω μακρὰν ἀπόντος· ὃν αὐτίκα μάλα τολμήσει λέγειν Δημοσθένης ὡς ἐγὼ ἐπὶ τοὺς Ἑλληνας ἐπήγαγον. (129) Καὶ παρελθόντες τῇ πρώτῃ στρατείᾳ καὶ μάλα μετρίως ἐχρήσαντο τοῖς Ἀμφισσέουσιν· ἀντὶ γὰρ τῶν μεγίστων ἀδικημάτων χρήμασιν αὐτοὺς ἐζημίωσαν, καὶ ταῦτ' ἐν βῆτῳ χρόνῳ προεἶπον τῷ θεῷ καταθεῖναι, καὶ τοὺς μὲν ἐναγεῖς καὶ τῶν πεπραγμένων αἰτίους μετεστῆσαντο, τοὺς δὲ δι' εὐσεβείαν φυγόντας κατήγαγον. Ἐπειδὴ δὲ οὔτε τὰ χρήματα ἐξέτινον τῷ θεῷ τοὺς τ' ἐναγεῖς κατήγαγον καὶ τοὺς εὐσεβεῖς κατελθόντας διὰ τῶν Ἀμφικτυόνων ἐξέβαλον, οὕτως ἦδη τὴν δευτέραν στρατείαν ἐπὶ τοὺς Ἀμφισσεῖς ἐποίησαντο, πολλῷ χρόνῳ ὑστερον, ἱπαναηλυθότος Φιλίππου ἐκ τῆς ἐπὶ τοὺς Σκύθας στρατείας, τῶν μὲν θεῶν τὴν ἡγεμονίαν τῆς εὐσεβείας ἡμῖν παραδεδωκότων, τῆς δὲ Δημοσθένους δωροδοκίας ἐμποδῶν γεγεννημένης.

130. Ἄλλ' οὐ προὔλεγον, οὐ προεσήμαινον ἡμῖν οἱ θεοὶ φυλάσασθαι, μόνον οὐκ ἀνθρώπων φωνὰς προσκτησάμενοι; Οὐδεμίαν τοι πάποτε ἐγῶγε μᾶλλον πόλιν εὐράκα ὑπὸ μὲν τῶν θεῶν σκιζομένην, ὑπὸ δὲ τῶν βητόρων ἐνίων ἀπολλυμένην. Οὐχ ἱκανὸν ἦν τὸ τοῖς μυστηρίοις φανέν σημείον φυλάσασθαι, ἢ τῶν μυστῶν τελευτή; οὐ περὶ τούτων Ἀμεινιάδης μὲν προὔλεγεν εὐλαβεῖσθαι καὶ πέμπειν εἰς Δελφοὺς ἐπερησομένου τὸν θεὸν ὅτι χρὴ πράττειν, Δημοσθένης δὲ ἀντέλεγε φιλιππίζειν τὴν Πυθίαν φάσκων, ἀπαίδευτος ὢν καὶ ἀπολαύων καὶ ἐμπιπλάμενος τῆς διδομένης ὑφ' ἡμῶν αὐτῷ ἐξουσίας; (131) οὐ τὸ τελευταῖον ἀθύτων καὶ

cujus quidem sciti caput hoc fuit: Hieromnemon, inquit, Atheniensium et Pylagoræ quotquot in posterum futuri sunt ad Pylas et Delphos proficiscantur iis temporibus quæ a majoribus nostris constituta sunt, verbo quidem honeste, re turpiter et flagitiose: prohibet enim quominus ad consensum illum Pylæum occurrant, qui necessario ante præstitutum tempus erat futurus. (127) Sed aliud ei scito adscriptum est multo et aperlius et acerbius. Atheniensium, inquit, Hieromnemon et Pylagoræ, qui posthac futuri sunt, cum iis qui illuc conveniunt neque verborum neque factorum neque scitorum neque ullius rei habeant commercium. Quorsum autem illud est, Ne habeant commercium? Verumne dicam, an id quod sit auditu jucundissimum? Verum dicam; nam quod ita semper ad voluptatem dictum fuit, id vero civitatem nostram hac redegit. Non sinit vos jurisjurandi meminisse, quod majores vestri juraverunt, non execrationis, non oraculi.

128. Nos igitur Athenienses propter hoc plebiscitum hic mansimus, at vero reliqui Amphictyones ad Pylas convenerunt præter unam civitatem, cujus ego neque nomen proferam, et absit precor ut Græcorum cuiquam similis accidat calamitas! Ibiq; congregati exercitum in Amphissenses ducendum censuerunt, et imperatorem legerunt Cottypum illum Pharsalium, qui tum sententias suffragiis subiciebat; quo tempore non erat in Macedonia Philippus, quin ne in Græcia quidem, sed in Scythia versabatur adeo longe abhinc remotus, quem tamen mox audebit dicere Demosthenes impudenter a me esse in Græcos immissum. (129) Ac prima quidem expeditione victores valde se moderatos in Amphissenses præbuerunt. Pro atrocissimis enim injuriis pecuniis tantum eos mulctarunt, quas præstituto tempore deo persolvi decreverunt, et sceleratos commissorumque facinorum auctores abegerunt, eos vero qui pietatis causa profugerant revocarunt. Sed quum illi neque pecuniam deo persolverent, sceleratos autem restituerent, et pios illos homines ab Amphictyonibus revocatos ejicerent, jam tum alteram in Amphissenses aciem instruxerunt, longo post intervallo, quum ab expeditione Scythica reversus erat Philippus, quumque defendendæ religionis principatum dii immortales nobis detulerant, Demosthenis autem avaritia et sordes impedimento erant.

130. At non prædicebant, non præmonstrabant nobis dii ut caveremus, tantum non humanis vocibus eloquentes? Nullam unquam ego civitatem vidi deorum præsidio insignius custodiri, ab oratoribus rursus quibusdam pessumdari. Non satis ad præmonendum valebat portentum illud mysteriorum diebus visum, mystarum interitus? non ob hæc Amyniades prædixerat ut caveremus, ut certos homines Delphos mitteremus, qui quid facto opus esset oraculum sciscitarentur; Demosthenes vero obstitit, quum Pythiarum Philippo studere prædicaret, vir illiberalis et hac quam ei datis licentia insolenter perfruens et inflatus? (131) Postremæ

ἀκαλλιερῆτων τῶν ἱερῶν ὄντων ἐξέπεμψε τοὺς στρα-
 τώτας ἐπὶ τὸν πρόδηλον κίνδυνον; Καίτοι γε πρῶτην
 ἀπειλὴν λέγειν ὅτι παρὰ τοῦτο Φίλιππος οὐκ ἔλθεν
 ἡμῶν ἐπὶ τὴν χώραν, ὅτι οὐκ ἦν αὐτῷ καλὰ τὰ
 ἱερά. Τίνος οὖν ζημίας δέσιος εἶ τυχεῖν, ἢ τῆς Ἑλλά-
 20 δος ἀλιτήριε; Εἰ γὰρ ὁ μὲν κρατῶν οὐκ ἔλθεν εἰς τὴν
 τῶν κρατουμένων χώραν, ὅτι οὐκ ἦν αὐτῷ καλὰ τὰ
 ἱερά, σὺ δ' οὐδὲν προειδώς τῶν μελλόντων ἵσασθαι πρὶν
 καλλιερῆσαι τοὺς στρατιώτας ἐξέπεμψας, πότερον στα-
 φανοῦσθαι σε δεῖ ἐπὶ ταῖς τῆς πόλεως ἀτυχαῖαι ἢ ὑπερ-
 ορίσθαι;

132. Τοιγάρτοι τί τῶν ἀνεπίστων καὶ ἀπροσδοκῆτων
 ἐρ' ἡμῶν οὐ γέγονεν; οὐ γὰρ βίον γε ἡμεῖς ἀνθρώπινον
 βεβιωκαμεν, ἀλλ' εἰς παραδοξολογίαν τοῖς ἰσομένοις
 25 μεθ' ἡμῶν ἐφυμεν. Οὐχ ὁ μὲν τῶν Περσῶν βασιλεύς,
 ὁ τὸν Ἄθω διουρύζας, ὁ τὸν Ἑλλάσποντον ζεύζας, ὁ γῆν
 καὶ ὕδωρ τοὺς Ἑλληνας αἰτῶν, ὁ τομῶν ἐν ταῖς ἐπι-
 στολαῖς γράφειν ὅτι δεσπότης ἐστὶν ἀπάντων ἀνθρώπων
 ἀφ' ἡλίου ἀνιόντος μέχρι θουμένου, νῦν οὐ περὶ τοῦ
 κύριος εἶναι διαγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τοῦ σώ-
 ματος σωτηρίας; Καὶ τοὺς αὐτοὺς ὀρώμεν τῆς τε δόξης
 30 ταύτης καὶ τῆς ἐπὶ τὸν Πέρσην ἡγεμονίας ἡξιωμένους,
 οἳ καὶ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν ἠλευθέρωσαν. (132) Θῆβαι
 δέ, Θῆβαι, πόλις ἀστυγείτων, μεθ' ἡμέραν μίαν ἐκ
 μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται, εἰ καὶ δικαίως, περὶ
 τῶν θλων οὐκ ὀρθῶς βουλευσάμενοι, ἀλλὰ τὴν γε θεο-
 βλίδειαν καὶ τὴν ἀφροσύνην οὐκ ἀνθρωπίνως ἀλλὰ
 35 ὀαιμονίως κτησάμενοι. Λακεδαιμόνιοι δ' οἱ ταλαί-
 ποιροι, προσαψάμενοι μόνον τούτων τῶν πραγμάτων
 ἐξ ἀρχῆς περὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ κατάληψιν, οἱ τῶν Ἑλλή-
 νων ποτὲ ἀξιοῦντες ἡγεμόνες εἶναι, νῦν δμηρεύσοντες
 καὶ τῆς συμφορᾶς ἐπίδειξιν ποιησόμενοι μέλλουσιν ὡς
 Ἀλέξανδρον ἀναπέμπεσθαι, τοῦτο πεισόμενοι καὶ αὐτοὶ
 καὶ ἡ πατρίς ὅτι ἂν ἐκείνῳ δόξῃ, καὶ ἐν τῇ τοῦ κρα-
 τούτος καὶ προηδικημένου μετριότητι κριθήσονται.
 (134) Ἡ δ' ἡμετέρα πόλις, ἡ κοινὴ καταφυγὴ τῶν Ἑλ-
 λήνων, πρὸς ἣν ἀφικνούμενοι πρότερον ἐκ τῆς Ἑλλάδος
 40 αἱ πρεσβεῖται, κατὰ πόλεις ἕκαστοι παρ' ἡμῶν τὴν σω-
 τηρίαν εὔρησόμενοι, νῦν οὐκέτι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων
 ἡγεμονίας ἀγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τοῦ τῆς πατρίδος
 ἰσάφους. Καὶ ταῦθ' ἡμῖν συμβέβηκεν ἐξ ὅτου Δημα-
 σθένης πρὸς τὴν πολιτείαν προσελήλυθεν. Εὖ γὰρ περὶ
 τῶν τοιούτων Ἡσίοδος ὁ ποιητὴς ἀποφαίνεται. Λέγει
 γὰρ που, παιδεύων τὰ πλήθη καὶ συμβουλεύων ταῖς
 πόλεις τοὺς πονηροὺς τῶν δημαγωγῶν μὴ προσδέχεσθαι.
 45 (135) Λέξω δὲ κάθ' ἑκάστου διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι ἡμῶν
 παιδᾶς ὄντας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν'
 ἀνδρᾶς ὄντες αὐτοῖς χρώμεθα.

Πολλάκι δὲ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα,
 ὅς κεν ἀλιτράνην καὶ ἀτάσθαλα μηχανάται.
 Τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγα πῆμα δῶκε Κρονίων,
 λυμὸν ἄμοῦ καὶ λοιμὸν, ἀποστεινύθουσι δὲ λαοί·
 ἢ τῶν γε στρατῶν εὐρὺν ἀπώλεσεν ἢ ὅ γε τεύχος,
 ἢ νέας ἐν κόντρᾳ ἀποτίννεται εὐρύσπα Ζεὺς.

nonne hostiis non litatis, non addicentibus, milites ad ma-
 nifestum misit vitæ periculum? Atque is nuper ausus
 est dicere, Philippum idcirco in nostram regionem non in-
 vasisse, quod sacra ei haud pulcre cessissent. Quo igitur
 supplicio dignus es, o Græciæ clades? Si enim ipse victor
 in eorum qui victi erant fines non invasit, quod sacra ei
 non pulcre cessissent, tu autem nescius quid esset omnino
 futurum, priusquam litasses milites emisiati, utrum opor-
 tuit te propter clades civitatis corona donari, an ejici
 atque exterminari?

132. Nam quid insperati, quid inexpectati nostra ætate
 non evenit? Non enim vitam nos humanam viximus, sed ut
 incredibilia de nobis loquantur posteri, in lucem editi sumus.
 Non Persarum rex, qui Athon perfodit Hellespontumque
 junxit, qui terram et aquam Græcos postulavit, qui se in
 literis ausus est mortalium omnium ab ortu solis usque ad
 occasum dominum appellare, jam non de dominatu in alios,
 sed de sui corporis salute dimicant? At eosdem cernimus
 hac gloria et belli adversus Persam principatu dignatos, qui
 etiam templum Delphicum liberarunt. (132) Thebæ vero,
 Thebæ, urbs vicina, uno die ex media Græcia funditus
 abrepta est, ac ni fallor jure, quippe quæ nullum rectum
 consilium de summa rerum agitaverat, veruntamen non
 humano sed divino quodam impulsu in hanc fatuitatem et
 amentiam fuerat protrusa. Jam Lacedæmonii miserrimi,
 qui leviter tantum et initio rebus illis quum templum diri-
 peretur se immiscuerant, qui sibi Græciæ principatum
 quondam arrogabant, nunc ut Macedonibus dent obsides
 suæque calamitatis indicium haud obscurum edant ad
 Alexandrum legationem sunt missuri, pœnas ipsi cum sua
 patria, quascumque illi visum fuerit, daturi, denique et
 victoris et injuria lacesitati iudicio et moderationi sese tra-
 dituri. (134) Civitas vero nostra, commune Græcorum
 perfugium, ad quam legationes olim ex singulis Græciæ
 civitatibus ventitabant, salutem omnes a vobis paraturæ,
 jam non de Græcorum imperio dimicat, sed de patrio ipsi-
 us solo. Et hæc omnia nobis acciderunt mala, ex quo De-
 mosthenes ad rempublicam accessit. Præclare sane de hujus-
 modi viris cecinit poeta Hesiodus. Dicit enim alicubi,
 populos erudiens et civitatibus consulens, ne improbos
 oratores admittant. (135) Atqui carmina ipsa vobis reci-
 tabo. In hunc enim finem arbitror nos, dum pueri sumus,
 poetarum sententias perdiscere, ut iis ætate jam adulta uta-
 mur.

Sæpe viri gens tota luit scelus unius atrox,
 Demens qui peccat, qui res molitur iniquas.
 Juppiter hos contra summo demittit Olympo
 Omne mali genus exitii, pestisque famæque:
 Vel aciem immanem perimit, vel mœnia sternit,
 Vel rapidis naves jactatas obruit undis.

(136) Ἐὰν δὲ περιελόντες τοῦ ποιητοῦ τὸ μέτρον τὰς γνώ-
 10 μαις ἐξετάζητε, οἶμαι ὑμῖν δοξεῖν οὐ ποιήματα Ἡσιόδου
 εἶναι, ἀλλὰ χρησμὸν εἰς τὴν Δημοσθένους πολιτείαν
 καὶ γὰρ ναυτικὴ καὶ πεζὴ στρατιὰ καὶ πόλεις ἀρδὴν
 εἶσιν ἀνηρπασμέναι ἐκ τῆς τούτου πολιτείας.

137. Ἄλλ' οἶμαι, οὔτε Φρυωνῶδας οὔτε Εὐρύδατος
 οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος
 μάγος καὶ γῆρας ἐγένετο, θε, ὡ γῆ καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες
 καὶ ἄνθρωποι ὅσοι βούλεσθε ἀκούειν τάληθῆ, τολμᾷ
 15 λέγειν βλέπων εἰς τὰ πρόσωπα τὰ ὑμέτερα, ὡς ἄρα
 Θεβαῖοι τὴν συμμαχίαν ἤμῃ ἐποίησαντο οὐ διὰ τὸν
 καιρὸν, οὐ διὰ τὸν φόβον τὸν περιστάτα αὐτοῦς, οὐ
 διὰ τὴν ὑμετέραν δόξαν, ἀλλὰ διὰ τὰς Δημοσθένους
 δημογορίας. (138) Καίτοι πολλὰς μὲν πρότερον πρε-
 σβείας ἐπρέσβησαν εἰς Θήβας οἱ μάλιστα οικειῶς
 ἐκείνοις διακειμένοι, πρῶτος μὲν Θρασύβουλος ὁ Κολ-
 λυτεύς, ἀνὴρ ἐν Θεβαίαις πισταυθεὶς ὡς οὐδεὶς ἕτερος,
 20 πάλιν Θράσων ὁ Ἐρχιεύς, πρόξενος ὄν Θεβαίους, Λεω-
 δάμας ὁ Ἀχαρνεύς, οὐχ ἤττον Δημοσθένους λέγειν δυ-
 ναίμενος ἀλλ' ἐμοίγε καὶ ἠδίων, (139) Ἀρχέδημος ὁ Πή-
 ληξ, καὶ δυνατὸς εἰπεῖν καὶ πολλὰ κελιδονευκῶς ἐν
 τῇ πολιτείᾳ διὰ Θεβαίους, Ἀριστοφῶν ὁ Ἀζηνιεύς,
 πλεῖστον χρόνον τὴν τοῦ βουλευτικῆς ὑπομείνας αἰτίαν,
 Πύρρανδρος ὁ Ἀναφύστιος, θε ἔτι καὶ νῦν ζῆ. Ἄλλ'
 25 ἡμῶς οὐδεὶς πώποτε αὐτοῦς ἐδυνήθη προτρέψασθαι εἰς
 τὴν ὑμετέραν φιλίαν. Τὸ δ' αἴτιον οἶδα μὲν, λέγειν
 δ' οὐδὲν δέομαι διὰ τὰς ἀτυχίας αὐτῶν. (140) Ἄλλ'
 οἶμαι ἐπειδὴ Φιλίππος αὐτῶν ἀφελόμενος Νίκαιαν
 Θετταλικῆς παρέδωκε, καὶ τὸν πόλεμον ὃν πρότερον
 ἐξήλασεν ἐκ τῆς χώρας τῆς Βοιωτῶν, τοῦτον πάλιν
 τὸν αὐτὸν πόλεμον ἐπήγαγε διὰ τῆς Φωκίδος ἐπ' αὐτάς
 τὰς Θήβας, καὶ τὸ τελευταῖον Ἐλάτειαν καταλαβὼν
 30 ἐχαράκωσε καὶ φρουρὰν εἰσήγαγεν, ἀναυθ' ἤδη, ἐπεὶ
 τὸ δεινὸν αὐτῶν ἤπτετο, μετεπέμψαντο Ἀθηναίους,
 καὶ ὑμεῖς ἐξήλθετε καὶ εἰσήγαγετε εἰς τὰς Θήβας ἐν τοῖς
 ὄπλοις διεσκευασμένοι, καὶ οἱ ἵππεις καὶ οἱ πεζοί, πρὶν
 περὶ συμμαχίας μίαν μόνην συλλαβὴν γράψαι Δημο-
 σθένην. (141) Ὅ δ' εἰσάγων ἦν ὑμᾶς εἰς τὰς Θήβας
 κειρὸς καὶ φόβος καὶ χρεῖα συμμαχίας, ἀλλ' οὐ Δη-
 35 μοσθένης, ἐπεὶ περὶ γε ταύτας τὰς πράξεις τρία τὰ
 πάντων μέγιστα Δημοσθένης εἰς ὑμᾶς ἐξημάρτηκε,
 πρῶτον μὲν ὅτι Φιλίππου τῷ μὲν ὀνόματι πολεμοῦντος
 ὑμῖν, τῷ δ' ἔργῳ πολὺ μᾶλλον μισοῦντος Θεβαίους,
 ὡς αὐτὰ τὰ πράγματα δεδήλωκε, καὶ τί δεῖ τὰ κλείω
 λέγειν; ταῦτα μὲν τὰ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος ἀπεκρύ-
 φαστο, (142) προσποιεσάμενος δὲ μέλλειν τὴν συμμαχίαν
 γενήσεσθαι οὐ διὰ τοὺς καιροὺς ἀλλὰ διὰ τὰς αὐτοῦ
 40 πρεσβείας, πρῶτον μὲν συνέπεισε τὸν δῆμον μηκέτι
 βουλευέσθαι ἐπὶ τίσιν δεῖ ποιεῖσθαι τὴν συμμαχίαν, ἀλλ'
 ἀγαπᾶν μόνον εἰ γίνεσθαι, τοῦτο δὲ προλαβὼν ἐκδοτὸν
 μὲν τὴν Βοιωτίαν πᾶσαν ἐποίησε Θεβαίους, γράψας
 ἐν τῷ ψηφίσματι, ἐάν τις ἀφιστήται πόλις ἀπὸ Θεβαίων,
 βοηθεῖν Ἀθηναίους Βοιωτοῖς τοῖς ἐν Θήβαις, τοῖς ὀνό-
 μασι κλέπτων καὶ μεταφέρων τὰ πράγματα, ὥσπερ

(136) Quodsi detractis poetæ numeris, sententias perpen-
 dantur, puto vobis non Hesiodi carmen, sed oraculum
 de publica Demosthenis administratione visum iri. Istius
 enim in republica gerenda institutus classes, exercitus,
 urbes penitus dissipatæ sunt.

137. Sed neque Phrynondam, arbitror, neque Eurybat-
 tum neque alium quenquam eorum qui olim improbitate
 excelluerunt, talem magum aut præstigitorem extitisse,
 qualis hic noster est, qui, o tellus, o dii immortales, dæ-
 mones atque homines, quicumque vera audire curatis! au-
 det, os vestrum directo contuens, audet affirmare, The-
 banos societatem vobiscum iniisse, non temporum ratione,
 non metu instanti, non vestra existimatione commotos,
 sed Demosthenis concionibus adductos. (138) Atqui mul-
 tas ante istum legationes Thebas obierunt homines, qui-
 bus summa cum illis familiaritas intercessit, primo quidem
 imperator ille Thrasybulus Collytensis, vir apud Thebanos
 fide et auctoritate valens ut nemo alius: deinde Thrason
 Erchiensis, hospes publicus Thebanorum: Leodamas porro
 Acharnensis, dicendi viribus Demostheni non inferior, ac
 mihi quidem multo suavior visus orator: (139) Archede-
 mus Pelex, ipse quoque facundus et qui multa in rep-
 gerenda propter Thebanos pericula adiit: Aristophon
 Azeniensis, qui per diu Bæotorum partibus studuisse insi-
 mulatus est: Pyrrhander denique Anaphlystius orator,
 qui etiam nunc vivit. Sed tamen nemo unquam ex iis
 Thebanos potuit ad vestram amicitiam perducere; causam
 equidem scio, sed propter eorum calamitates non necesse
 est exponere. (140) At enim, opinor, postquam Philippus
 ademptam iis Nicaeam Thessalis tradiderat, bellumque,
 quod olim ex Bæotorum finibus depulerat, nunc denuo
 per Phocidem in ipsas Thebas revexerat, postquam deni-
 que Elateam occupatam vallo munerat, in eamque præ-
 sidium imposuerat, ibi demum illi, instantium malorum
 metu incumbente, Athenienses accersiverunt, et vos
 copias eduxistis et Thebas introitis armati equites peci-
 tesque, priusquam vel unicum syllabam de societate scri-
 psisset Demosthenes. (141) Thebas autem quod intro-
 mittebat vos, tempus fuit, metus, societatis necessitas,
 non Demosthenes, siquidem his in rebus tria vel gravis-
 sima Demosthenes in vos peccavit. Primum, quod quum
 Philippus verbo quidem vobiscum bellum gereret, revera
 multo acriori odio in Thebanos incenderetur, quomodo
 res ipsæ declararunt, et quid pluribus opus est? hæc
 tanta tantique ponderis celavit, (142) et societatem nobis
 cum Thebanis futuram simulans, quæ non ex temporum
 necessitate, sed suis legationibus oriretur, primum populo
 persuasit ne magnopere spectaret quibus conditionibus
 societatem fieri conveniret, sed satis haberet si fieret modo:
 hoc primo autem occupato universam Bœotiam Thebanis
 dedidit, quum in decreto scripsisset, ut, si qua civitas a The-
 banis descisceret, Athenienses Bœotis qui Thebis essent
 opitularentur, verbis, ut solet, res suffragans alioque trans-

4 ἴσθην, ὡς τοὺς Βοιωτοὺς ἔργῳ κακῶς πάσχοντας τὴν
 τῶν ὀνομάτων σύνθεσιν τῶν Δημοσθένους ἀγαπή-
 σοντας, ἀλλ' οὐ μᾶλλον ἐφ' οἷς κακῶς πεπόνθεσαν
 ἀναγκασθέντας· (143) δεύτερον δὲ τῶν εἰς τὸν πόλεμον
 ἀναλωμάτων τὰ μὲν δύο μέρη ὑμῖν ἀνέθηκεν, οἷς ἦσαν
 ἀπαιτέρω οἱ κίνδυνοι, τὸ δὲ τρίτον μέρος Θηβαίους,
 ἡεροδοκῶν ἐφ' ἑκάστοις τούτων, καὶ τὴν ἡγεμονίαν τὴν
 μὲν κατὰ θάλατταν ἐποίησε κοινήν, τὸ δ' ἀνάλωμα
 ἴδιον ὑμέτερον, τὴν δὲ κατὰ γῆν, εἰ μὴ δεῖ ληρεῖν,
 ἄρῃν φέρων ἀνέθηκε Θηβαίους, ὥστε παρὰ τὸν γενό-
 μενον πόλεμον μὴ κύριον γενέσθαι Στρατοκλία τὸν
 ἑμέτερον στρατηγὸν βουλευσασθαι περὶ τῆς τῶν στρα-
 τικῶν σωτηρίας. (144) Καὶ ταῦτ' οὐκ ἐγὼ μὲν κατη-
 γορῶ, ἔτεροι δὲ παραλείπουσιν, ἀλλὰ καὶ γὰρ λέγω καὶ
 6 πάντες ἐπιτιμῶσι καὶ ὑμεῖς σύνιστε καὶ οὐκ ὀργίζεσθε.
 Ἐκείνο γὰρ πεπόνθατε πρὸς Δημοσθένην· συνείδησθ' ἤδη
 τὰ δίκαια τὰ τούτου ἀκούειν, ὥστε οὐ θαυμάζετε.
 Δεῖ ὅτι οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἀναγκατεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι, εἰ
 γρη' τὰ λοιπὰ τῇ πόλει καλῶς ἔχειν.

145. Δεύτερον δὲ καὶ πολλὸν τούτου μείζον ἀδίκημα
 ἤδικησεν, ὅτι τὸ βουλευτήριον τὸ τῆς πόλεως καὶ τὴν
 δημοκρατίαν ἀρῶν ἐλαθεν ὑπελόμενος καὶ μετῴνηκεν
 5 εἰς Θήβας εἰς τὴν Καδμείαν, τὴν κοινωνίαν τῶν πρά-
 ξειν τοῖς Βοιωτάρχαις συνθέμενος· καὶ τηλικαύτην
 αὐτοῖς αὐτῶν δυναστείαν κατασκεύασεν, ὥστ' ἤδη παριῶν
 ἐπὶ τὸ βῆμα προσβύσειν μὲν ἐφη ὅποι ἂν αὐτῷ δοκῇ,
 καὶ μὴ ὑμεῖς ἐκπέμπητε, (146) εἰ δὲ τις αὐτῶ τῶν
 στρατηγῶν ἀνταίποι, καταδουλούμενος τοὺς ἄρχοντας
 καὶ συνθέζων μηδὲν αὐτῶ ἀντιλέγειν διαδικασίαν ἐφη
 10 γράφειν τῷ βῆματι πρὸς τὸ στρατήγιον· πλείω γὰρ
 ὑμᾶς ἀγαθὰ ὑφ' ἑαυτοῦ ἐφη ἀπὸ τοῦ βῆματος πεπονθή-
 ναι ἢ ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐκ τοῦ στρατηγίου. Μισθο-
 ζορεῖν δ' ἐν τῷ ξενικῷ κεναῖς χώραις, καὶ τὰ στρα-
 τικὰ χρήματα κλέπτων, καὶ τοὺς μυρίους ξένους
 ἐκμισθώσας Ἀμφισσεῦσι πολλὰ διαμαρτυρομένου καὶ
 σκελιζόντος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐμοῦ, προσέμιξε φέ-
 ρων ἀναρπασθέντων τῶν ξένων τὸν κίνδυνον ἀπαρασκευῶ
 15 τῇ πόλει. (147) Τί γὰρ ἂν οἴεσθε Φίλιππον ἐν τοῖς τότε
 καιροῖς εὔξασθαι; οὐ χωρὶς μὲν πρὸς τὴν πολιτικὴν
 δύναμιν χωρὶς δ' ἐν Ἀμφίσσῃ πρὸς τοὺς ξένους διαγω-
 νίσασθαι, ἀθύμους δὲ τοὺς Ἕλληνας λαβεῖν τηλικαύτης
 πληγῆς προγεγενημένης; Καὶ τηλικούτων κακῶν αἴτιος
 γεγενημένος Δημοσθένης οὐκ ἀγαπᾷ εἰ μὴ δίκην δέδωκεν,
 ἀλλ' εἰ μὴ καὶ χρυσῶ στεφάνῳ στεφανωθήσεται ἀγα-
 νακτεῖ· οὐδ' ἵκανόν ἐστιν αὐτῷ ἐναντίον ὑμῶν κηρύτ-
 20 τεσθαι, ἀλλ' εἰ μὴ τῶν Ἑλλήνων ἐναντίον ἀναρρηθί-
 σται, τοῦτ' ἀναγκαστεῖ. Οὕτως, ὡς εἶπε, πονηρὰ
 φῶσις μεγάλης ἐξουσίας ἐπιλαδομένη δημοσίας ἀπερ-
 ρᾶζεται συμφοράς.

148. Τρίτον δὲ καὶ τῶν προσηρημένων μέγιστόν ἐστιν
 ὃ μᾶλλον λέγειν. Φίλιππου γὰρ οὐ καταφρονοῦντος
 τῶν Ἑλλήνων, οὐδ' ἀγνοοῦντος (οὐ γὰρ ἦν ἀσύνητος)
 ὅτι περὶ τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν ἐν ἡμέρας μικρῶ
 25 μέρει διαγωνιέται, καὶ διὰ ταῦτα βουλομένου ποιή-

ferens, quasi vero Bœoti, re ipsa injuriam passi, in callido
 Demosthenis verborum contextu acquiescerent, ac non
 potius damna illa accepta gravissime essent laturi :
 (143) deinde bellicorum sumptuum duas partes vobis ad-
 scripsit, qui longius a periculo aberatis, tertiam Thebanis,
 turpem in his singulis quæstum aucupatus; porro imperium
 maritimum cum illis communicavit, impensam vero proprie
 vestram esse voluit; terrestre, si nugis indulgere nolumus,
 totum prorsus ad Thebanos transtulit, adeo ut in eo quod
 natum est bello Stratocli imperatori vestro facta non sit de
 militum salute consulendi potestas. (144) Neque vero
 hæc ego incuso, alii prætermittunt, sed et ego commemoro
 et omnes reprehendunt, et vos scitis neque irascimini. Sic
 enim in Demosthenem estis animati : insuevistis jam istius
 facinora exaudire, ut nihil amplius miremini. At non ita
 facere vos oportet, sed indignari, sed acerbè punire, siqui-
 dem reliqua civitati bene prospereque vultis procedere.

145. Secundam vero et antedicta multo graviolem inju-
 riam fecit, quum senatum populique majestatem penitus
 furtim submovit et Thebas in Cadmeam traduxit, rebus
 nostris cum Bœotorum principibus pactione facta communi-
 catis; quin vero tantam sibi dominationem comparavit, ut
 jam conscensu suggestu gloriaretur se quo velit legatum pro-
 fecturum, etiamsi vos non mitteretis : (146) quodsi quis
 imperatorum ei contradiceret, quo prætores in servitutem
 redigat eosque assuefaciat ne sibi refragentur, miuaretur se
 suggesti nomine litem intentaturum prætorio; plura enim
 ad vos commoda sua opera e suggesto, quam per imperato-
 res e prætoris pervenisse. In externo autem exercitu,
 quum ex ordinibus non completis quæstum faceret, militare
 stipendium furaretur, et decem illa millia externorum mil-
 litam Amphissensibus mercede accepta locaret, multum
 licet obtestante et in concionibus quiritante me, civitati
 imparatæ, surreptis mercenariis subsidiis, periculum
 summum injecit. (147) Quid enim putatis Philippum tem-
 poribus illis in votis habuisse? non ut seorsum cum urbana
 acie, seorsum cum conductis copiis ad Amphissam decerta-
 ret? Græcos tanta plaga accepta exanimatos opprimeret?
 Et tamen horum omnium malorum opifex Demosthenes
 non satis habet, si pœnas effugerit, sed nisi etiam aurea
 corona donetur, indignum putat : neque ei sufficit præcon-
 nium coram vobis fieri, sed nisi et coram Græcis prædicetur,
 ferendum negat. Ita nimirum prava indoles maguam po-
 testatem adeptæ publicas semper excudit calamitates.

148. Tertia vero et superiorum omnium gravissima est
 injuria, de qua sum dicturus. Quum enim Philippus Græ-
 cos non contemneret, nec ignoraret (neque enim intelli-
 gentia caruit) se de bonis fortunisque omnibus in parvo
 diei spatio esse decertaturum, atque idcirco pacem fa-

σασθαι την ειρήνην και πρεσβείας αποστάλλειν μελλοντος, και των αρχόντων των εν Θήβαις φοβουμένων τον επίοντα κίνδυνον (αϊκότως· ου γαρ βήτωρ αστρατεutos και λιπών την τάξιν αυτούς ενουθέτησεν, άλλ' ο Φωκιικός πολέμος δεκαετής γερονώς αείμνηστον παιδείαν αυτούς επαίδευσεν), (149) τούτων δε έχόντων ούτως αισθόμενος Δημοσθένης, και τους Βοιωτάρχας υπο-
 40 πτεύσας μέλλειν ειρήνην ίδια ποιείσθαι χρυσιον άνευ αυτού παρα Φιλίππου λαβόντας, άδιωτων ήγησάμενος είναι ει τις απολειφθήσεται δωροδοκίας, αναπηδήσας εν τή εκκλησία, ουδενός ανθρώπων λέγοντος ούθ' ως δε ποιείσθαι προς Φιλίππον ειρήνην ούθ' ως ου δεί, άλλ' ως ήετο, τουτο κήρυγμα τι τοις Βοιωτάρχαις προκηρύττων αναφέρειν αυτώ τα μέρη των λημμάτων, (150) διώμνυτο
 75 την Αθηναν (ήν, ως εοικε, Φειδιās ενεργολαβείν ειργάσατο και ενεπιρκαίειν Δημοσθήνει) ή μήν ει τις ερεϊ ως χρη προς Φιλίππον ειρήνην ποιήσασθαι, απαξειν εις το δεσποτηριον επιλαθόμενος των τριχών, απομιμουμενος την Κλεοφώντος πολιτείαν, δε επι του προς Λακαδαίμονιους πολέμου, ως λέγεται, την πόλιν άπό-
 85 λησεν. 'Ος δ' ου προσείχον αυτώ οι αρχοντες οι εν ταϊς Θήβαις, αλλά και τους στρατιώτας τους ήμετέρους παλιν άνεστρεψαν εξεληλυθότας, ίνα βουλευσθητε περι τής ειρήνης, ενταυθα παντάσασιν εκφρων ήγένετο, (161) και παρελθών επι το βήμα προδότας των Έλλη-
 100 νων τους Βοιωτάρχας απέκαλεσε, και γράψειν ήφη ψήφισμα ο τοις πολεμίοις ουδέποτε' αντιθέψας πέμπειν ήμας πρέσβεις εις Θήβας αιτήσοντας Θηβαίους διοδον επι Φιλίππον. 'Υπεραισχυνθέντες δε οι εν Θήβαις αρχοντες μη δόξωσιν ως αληθώς είναι προδοται των Έλληνων, από μεν τής ειρήνης άπετρέποντο, επι δε την παραταξιν όρμησαν.

182. Ένα δη και των αγαθών ανδρών αξίον εστιν επιμνησθηναι, ους ούτος άθύτων και αναλλιερέτων όντων των ιερών εκπέμψας επι τον πρόδηλον κίνδυνον έτόλμησε τοις δραπέταις ποσι και λελοιπόσι την τάξιν αναβάς επι τον τάφον των τετελευτηκότων ήγκωμιάζειν
 15 την εκείνων άρετήν. 'Ω προς μεν τα μεγάλα και σπουδαία πάντων ανθρώπων άρηστοτάτε, προς δε την εν τοις λόγοις τόλμαν θαυμασιώτατε, επιχειρήσεις αυτίκα μάλα, βλέπων εις τα τούτων πρόσωπα, λέγειν ως δεϊ σε επι ταϊς τής πόλεως συμφοραις στεφανούσθαι; εαν δ' ούτος λέγη, ήμεις υπομενεϊτε, και συναποθαινεϊται τοις τελευτήσασιν, ως εοικε, και ή ήμετέρα
 20 μνήμη; (183) Γένεσθε δη μοι μικρόν χρόνον την διάνοιαν μη εν τώ δικαστηρίω άλλ' εν τώ θεάτρω, και νομίσασθ' δραν προϊόντα τον κήρυκα και την εκ του ψήφισματος άναρρησιν μέλλουσαν γίνεσθαι, και λογίσασθε πότερ' οίεσθε τους οικείους των τελευτησάντων πλειω δάχρυα άφήσειν επι ταϊς τραγωδίαϊς και τοις ήρωικοις πάθει τοις μετά ταυτ' έπεισιούσιν ή επι τή τής πόλεως άγνω-
 25 μούσνγη. (151) Τίς γαρ ουκ αν άλγήσειεν ανθρωπος Έλλην και παιδευθείς ελευθέριω, αναμνησθείς εν τώ θεάτρω εκείνο γε, ει μηδεν έτερον, ότι ταύτη ποτε ή

cere vellet, legatosque missurus esset; quum Thebarum principes imminens jam periculum reformidarent (neque injuria: non enim eos orator militiae rudis ordinisque deseritor monuerat, sed Phocense illud decennale bellum aeternum animis documentum infixerat), (149) quum haec igitur ita se haberent, quumque animadverteret ea Demosthenes, ac suspicaretur Boeotorum principes pacem privatim coituros, auro sine se a Philippo accepto, non sibi vivendum arbitratum, si qua largitionis societate excluderetur, repente in concione prosiliit, et neque dicente quoquam mortali-um, pacem cum Philippo facere oportere, neque negante, sed quia censeret se hoc veluti praeconio Boeotorum principibus denuntiatum esse, ut secum acceptorum munerum partem communicarent: (150) per Minervam jurabat (quam scilicet eo fabricatus est Phidias ut inde quasitum faceret et pejeraret Demosthenes), si quis pacem esse cum Philippo faciendam diceret, se eum capillis arreptum in carcerem abducturum, Cleopontis imitatus in administranda rep-
 rationem, qui bello Lacedaemonio civitatem dicitur perdisse. Sed quum Thebanorum principes ei non attenderent, militesque vestros jam egressos remississent, ut vos de pace consultaretis, ibi vero omnino amens evasit, (151) et consensu suggesti Boeotorum principes Graeciae proditores appellavit, scitumque se facturum dixit is qui nunquam hostem rectis oculis intuitus est, ut vos legatos Thebas mitteretis, qui a Thebanis transitum postularent contra Philippum. Summo igitur pudore affecti Thebanorum principes, ac veriti ne revera Graecorum proditores esse viderentur, a pace divertebant, atque ad aciem instruendam properabant.

152. Hoc loco optimorum virorum meminisse dignum est, quos iste quum sacris non litatis, non annuentibus, in apertum periculum ablegasset, ausus est, fugacibus et ordinis desertoribus pedibus in tumultum mortuorum ascendere, eorumque fortitudinem collaudare. O ad res magnas seriasque agendas hominum omnium futillissime! hoccine mox agere contendes, in ora istorum intuens, debere te propter civitatis calamitates corona honestari? vos, si is dixerit, patiimini, unaque cum iis qui defuncti sunt vestra quoque commoriatur memoria? (153) Adeste mihi paullisper animis, Athenienses, non jam in judicio, sed in theatro; ponite vobis ante oculos praecone prodeuntem praedicationemque ex plebiscito facturum, ac vobiscum considerate, utrum putetis mortuorum propinquos plures lacrimas profusuros ob tragoediarum spectacula et acerbos heroum casus, qui mox in scenam producentur, an ob civitatis iniquitatem et dementia. (154) Quis enim, vir Graecus et liberaliter institutus, non ingemiscat, si nihil aliud, illud saltem in theatro recordatus, hoc quondam die tragaeidis, ut nunc,

ἡμέρα μελλόντων ὡσπερ νυνὶ τῶν τραγωδῶν γίνεσθαι, εἰ εὐνομεῖτο μάλλον ἢ πόλις καὶ βελτίοσι προστάταις ἐγρήτο, προελθὼν δὲ κῆρυξ καὶ παραστησάμενος τοὺς ὄρφανούς ὧν οἱ πατέρες ἦσαν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότες, νεανίσκους πανοπλία κεχοσμημένους, ἐκέρυττε
 20 τὸ κάλλιστον κήρυγμα καὶ προτρεπτικώτατον πρὸς ἀρετὴν, ὅτι τούσδε τοὺς νεανίσκους, ὧν οἱ πατέρες ἐτελεύτησαν ἐν τῷ πολέμῳ ἀνδρας ἀγαθοὶ γενόμενοι, μέχρι μὲν ἤβης ὁ δῆμος ἔτρεφε, νυνὶ δὲ καθοπλίσας τῆς τῆ πανοπλίας ἀφίησιν ἀγαθῆς τύχῃ τρέπεσθαι ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν, καὶ καλεῖ εἰς προεδρίαν. (156) Τότε μὲν ταῦτ' ἐκέρυτταν, ἀλλ' οὐ νῦν, ἀλλὰ παραστησάμενος
 25 τὸν τῆς ὄρφανίας τοῖς παισὶν αἰτιον τί ποτ' ἀνερεῖ ἢ τί φέγγεται; Καὶ γὰρ ἐὰν αὐτὰ διεξίῃ, τὰ ἐκ τοῦ ψηφίσματος προστάγματα, ἀλλ' οὐ τὸ γ' ἐκ τῆς ἀληθείας αἰσθρὸν σιωπηθῆσεται, ἀλλὰ τάναντία δόξει τῆ τοῦ κήρυκος φωνῆ φέγγεσθαι, ὅτι τόνδε τὸν ἄνδρα, εἰ δὴ καὶ οὗτος ἀνὴρ, στεφανοῖ ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων ἀρετῆς ἕνεκα τὸν κάκιστον, καὶ ἀνδραγαθίας ἕνεκα τὸν ἀνανδρον καὶ λελοιπότητα τὴν τάξιν. (156) Μὴ πρὸς τοῦ Διὸς καὶ
 30 τῶν ἄλλων θεῶν, ἔχετεῦσα ὑμᾶς, ὧ Ἀθηναῖοι, μὴ τρόπαιον ἴσατε ἀφ' ὑμῶν αὐτῶν ἐν τῇ τοῦ Διονύσου ὀρχήστρᾳ, μηδ' αἰρεῖτε παρανομίας ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, μηδ' ὑπομιμησάμετε τῶν ἀνιάτων καὶ ἀνηκέστων κακῶν τοὺς ταιλαιπώρους Θεβαίους, οὓς φυγόντας διὰ τοῦτον ὑποδέδεχθε τῆ πόλει, ὧν ἱερὰ καὶ τέκνα καὶ τάφους ἀπόλωσεν ἡ Δημοσθένους δωροδοκία καὶ τὸ βασιλικὸν χρυσίον. (157) ἀλλ'
 35 ἴσπευθε τοῖς σώμασιν οὐ παρεγένεσθε, ἀλλὰ ταῖς γε διανοίαις ἀποβλέψατ' αὐτῶν εἰς τὰς συμφοράς, καὶ νομίσαθ' ὄραν ἀλισκομένην τὴν πόλιν, τειχῶν κατασκευάς, ἐμπρήσεις οἰκιῶν, ἀγομένας γυναῖκας καὶ παῖδας εἰς δουλείαν, πρεσβύτας ἀνθρώπους, πρεσβύτιδας γυναῖκας ἄφ' μεταμανθάνοντας τὴν ἐλευθερίαν, κλαίοντας,
 40 ἵκετεύοντας ὑμᾶς, ὀργιζομένους οὐ τοῖς τιμωροῦμένοις ἀλλὰ τοῖς τούτων αἰτίοις, ἐπισκῆπτοντας μηδενὶ τρόπῳ τὸν τῆς Ἑλλάδος ἀλιτῆριον στεφανοῦν, ἀλλὰ καὶ τὸν δαίμονα καὶ τὴν τύχην τὴν συμπαρακολουθοῦσαν τῷ ἀνθρώπῳ φυλάξασθαι. (158) Οὐτὰ πόλις γὰρ οὐτ' ἰδιώτης ἀνὴρ οὐδεὶς πώποτε καλῶς ἀπήλλαξε Δημοσθένει συμβούλῳ χρησάμενος. Ὑμεῖς δ', ὧ Ἀθηναῖοι, οὐκ
 45 αἰσγύνεσθε εἰ ἐπὶ μὲν τοὺς πορθμέας τοὺς εἰς Σαλαμίνα πορθμείοντας νόμον ἔθεσθε, ἐὰν τις αὐτῶν ἄκων ἐν τῷ πόρῳ πλοῖον ἀνατρέψῃ, τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πάλιν πορθμεῖ γενέσθαι, ἵνα μηδεὶς αὐτοσχεδιάξῃ εἰς τὰ τῶν Ἑλλήνων ἄμακτα, τὸν δὲ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν πόλιν ἄρδην ἀνατεροφόρα, τοῦτον ἐάσατε πάλιν ἐπευθύνειν τὰ κοινά;

159. Ἴνα δ' εἶπω καὶ περὶ τοῦ τετάρτου καιροῦ καὶ τῶν νυνὶ καθεστηκότων πραγμάτων, ἐκείνο ὑμᾶς ὑπομνήσαι βούλομαι, ὅτι Δημοσθένης οὐ τὴν ἀπὸ στρατοπέδου μόνον τάξιν ἔλιπεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ τῆς πόλεως, τριήρη προσλαβὼν ὑμῶν, καὶ τοὺς Ἑλλήνας ἡγυρολόγησε. Καταγαγούσης δ' αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν τῆς

tragedis, ut nunc, in scenam prodituris, quo tempore melius erat morata civitas et melioribus gubernatoribus utebatur, progressum præconem, productisque pupillis, quorum patres in prælio ceciderant, adolescentulis integra armatura instructis, pulcherrimum et ad virtutem commendandam aptissimum præconium facere consuevisse, hos adolescentes quorum patres in bello fortiter pugnantes occubuerunt, ad pubertatem usque populum aluisse, nunc autem integra hac armatura tectos, faustis ominibus, ut ad res suas revertantur, dimittere, et ad principem in theatro locum vocare. (156) Hæc quidem olium prædicabat, nunc vero non item: producto enim eo qui liberis orbitatis causa fuit, quid prædicabit, quid clamabit? Nam etsi ipsa decreti præscripta recitarit, nunquam tamen obmutescet vera rei turpitudine, sed præconis verbis contraria prorsus eloqui videbitur, populum Atheniensem hunc virum, si quidem iste vir est, corona donare, virtutis ergo nequissimum, fortitudinis ergo timidissimum locique desertorem. (156) Ne quaeso vos, Athenienses, per Jovem reliquosque deos immortales, ne tropæum de vobis ipsis in Liberi patris orchestra statuat: ne populum Atheniensem in conspectu Græcorum amentiae condemnatis! ne miseris Thebanis insanabilium et desperatorum malorum memoriam refricetis, quos huius culpa profugos in urbem vestram excepistis, quorum fana, sepulcra, liberos Demosthenis nundinatio atque aurum regium perdidit! (157) Sed quoniam corporibus non affuistis, animis saltem eorum calamitates intuemini, ponite vobis ante oculos civitatem captam, diruta moenia, aedes incendio vastatas, conjuges liberosque in servitutem abductos, viros ac mulieres graves annis sero libertatem dedicentes, plorantes, supplicantes vobis, irascentes non iis qui a se poenas expetiverunt, sed iis qui harum calamitatum auctores exstiterunt, enixe flagitantes ne vos ullo modo perniciem Græciæ corona donetis, sed ut genium etiam et fortunam quæ hominem istum comitatur caveatis: (158) neque enim aut civitas aut privatus quisquam pulcre unquam discessit, Demosthenis usus consilio. Non pudet vos, Athenienses, in portitores qui Salamina transvehunt hanc legem tulisse, ut si quis eorum navigium in trajectu etiam invitus everterit, ne ei postea liceat esse portitoris, ne quis in hominum Græcorum capitibus temere negligenterque versetur; huic vero, qui et Græciam civitatemque nostram funditus everterit, iterum rempublicam permittere gubernandam?

1. Quas ob causas et huic ætati et non multo minori de re controversa disserendum sit, possim dicere : quare autem qui disserere possit alere debeat, neque ex alio cognoscere neque per me possum invenire. Etiam de alia et dicentes aliquis vanitatis vel curiositatis incusare possis quod rem propositam non perspectam habeat : res autem bellicæ ut omnium sunt communes, ita præcipue ab hac ætate sunt per disputationem excutiendæ. Nam quibus est periculum proximum, si maximam necessario curam adhibent : quibus autem cura datur, hi maximam debent inventioni operam dare. Quapropter et necessitatem dicendi permagnam, nec veniam tacendi ullam video. Vellem enim vosmetipsos esse vestrorum commodorum post deos auctores ; quodam conamini, non minus est, quum aliorum opera vobis consulitis, jucundum, ac mihi id quod accidit deorum alicujus providentia videtur evenisse. Nam quæ vobis opum jactura vitæque periculo comparanda fuerant, hæc vobis omnia sine labore atque sumptu fortuna suppeditat, sic ut hostes nostri ultro nobis dent supplicium. Ac primum quidem, quam sit commodum iis parere qui ad bellum adhortantur, docebo ; deinde, quam sit necessarium.

2. Possimus enim nos ea quæ sunt huic regioni naturâ contraria cognoscere, et cognita mature cavere, quum et illa quovis pacto debilia et nostra reddimus fortiora ; quandoquidem non ignoramus id quod est natura inimicum nunquam, nisi quum deest malefaciendi facultas, quiescere. Nunc autem e clibus quod erat discendum cognovimus, nunquam hunc virum (*Archelaum*) nobis amicum futurum aut nobiscum compositurum. Neque enim quia accepit a nobis injuriam, verum quia vult inferre, hostis est. Habet autem eam regionem quam nobis a se conquistam majores reliquerunt, quamque vel per imbecillitatem nostram retinebit, vel per potentiam nostram invitus reddet. Atque hunc quidem unum habet malevolentia stimulum : alterum, quod quum civitatibus Græcis sufficiat si potentiam suam posteris prodant, hoc tyrannis non est satis, nisi ditissimos etiam quosque semper evertant. Jam nos nec ipsi videmur hoc facile passuri, et alios impedaturi. Quapropter ille vobis irascitur, quum

νος σφάλεσθαι τὰς ἐλπίδας τῶν ἡμῖν πιστευόντων. Ἄπο μίας οὖν τέχνης δρμώμενος ἡμῶν τε κρατήσσει οἰεταὶ καὶ τούτων ὧν δι' ἡμᾶς οὐκ ἄρξει. Ταῦτα δὲ πρότερον ἐξῆν εἰκάζειν ἡμῖν, νῦν δὲ σαφῶς γινώσκειν ἔργῳ πάσχοντας. Ὁ γὰρ ἀλίσκεται μάλιστα καὶ πό-
 25 λισ καὶ χώρα, τούτο τὸ χωρίον οὐκ ἔλαθεν αὐτὸν ἰδόντα στασιαζόντας ἡμᾶς αὐτούς, ἀλλὰ μετὰ τῶν ὀλίγων ἐπὶ τούτους πάντας οὐκ ὤκνησεν ἐλθεῖν. Ἠπίστατο γὰρ ἑλλῶν ὅτι τοῖς πολλοῖς μὲν ἐπιχειρήσας οὐδὲν ἂν ἔπρα-
 30 ξεν ὧν ἐθούλετο (τοὺς γὰρ ἀσθενεστέρους συγκαταπο-
 λεμήσας οὐκ ἄρξει τῶν πλειόνων ἐμελλεν· ἱκανοὶ γὰρ ἦσαν ἂν αὐτὸν ἀμύνασθαι)· εἰ δὲ τοὺς πολλοὺς μετὰ τῶν ὀλίγων καταστρέψαιτο, ραδίως ἀπάντων ὤετο κρα-
 35 τήσσει. Οὕτω μὲν αὐτὸν βούλεσθαι πέφυκεν ἡμᾶς στασιαζέειν. Εἰ δ' αὐτῷ ταῦτα συμφέροι, καὶ πράσσειν οἰεσθε αὐτόν. Τὸ δ' ἐκείνου συμφέρον ὅσον ἡμῖν κακόν ἐστιν, ἀθήσετε πρὸς τὸ μέγιστον τῶν ἄλλων ἀντι-
 τιθέντες. Ὅμολογεῖται γὰρ πόλεμος τῶν ἄλλων κακῶν τοσοῦτον μέγιστον εἶναι, ὅσῳ περ εἰρήνη τῶν ἀγαθῶν. Ἴσῳ μὲντοι μεγέθει τὸν πόλεμον ἢ στάσις ὑπερβάλλει, ὅσῳ περ ὁ πόλεμος τὴν εἰρήνην. Ἐν μὲν γὰρ τῷ ξε-
 36 νικῷ πολέμῳ τὴν πατρίδα σώζοντες ἀποθνήσκουσιν, ἐν δὲ τῷ πολιτικῷ διαφθείροντες ἑαυτούς, ὥστε μῆτε τοὺς ἀποκτείναντας εὐδοκιμεῖν. Ἄλλοις μὲν γὰρ πολε-
 μούντες πολεμοῦμεν ὑπὲρ τῶν φίλων· καὶ τοὺς μὲν ἀλλοτρίους νικῶντες ἐτέρους κτῶνται φίλους, ὅταν δὲ τοὺς οἰκείους, ἀποστεροῦνται καὶ τῶν ὑπαρχόντων. Ἄρπαγὴν δὲ χώρας καὶ χρημάτων φθορὰν καὶ τοῖς ἔχθροῖς ἤδονην καὶ τοῖς φίλοις συμφορὰν ὅσην δύναται,
 40 πολὺς ἀριθμὸς καθ' ἕκαστον ἐξηγήσασθαι. Καὶ τούτων οὐδ' ἀπαλλαγῆναι ράδιον, ἐπειδὴν ἀρξήται τις τὸν διάλογον γὰρ οὐκ ἔστιν εὐρεῖν. Οἱ γὰρ πλησίον οἰκοῦντες οὐκ ἄχθονται στασιαζόντων τῶν πλησίον, οἱ μὲν ἀσθενεστέροι, ὅπως ἂν μὴ ἀρχῶνται, οἱ δ' ὅμοιοι τὴν δύναμιν, ὅπως ἂν κρείσσονες γένωνται, οἱ δ' ἰσχυροί, ὅπως ἂν ραδιέστερον ἀρχῶσι.

3. Καὶ τούτων οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ σημειῶν ἀλλοθεν
 176 λαβεῖν· ἡμεῖς γὰρ τοῖς ἄλλοις σημείων ἐσμὲν. Χώραν γὰρ τῶν Ἑλλήνων ἔχοντες πλείστην καὶ πλείστα δυναμένην παρέχειν οὐ μόνον τοῖς ἐνοικοῦσιν ἀλλὰ καὶ τοῖς παροίκιοις, οὐ φαινόμεθα πλουσιώτεροι τῶν παρ' ἡμῶν ἐξαγομῆνων ὄντες· ἐκείνοι μὲν γὰρ ἑαυτοῖς κατατίθενται τὰ παραγινόμενα, ἡμεῖς δ' εἰς τοὺς ἀλλο-
 6 τήρους ἀναλίσκομεν, τὰ κοινὰ μὲν ἴδια ποιοῦντες, τὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν κοινὰ. Καίτοι πῶς οὐ δεινόν ἐστι τούτους κοινῇ τρέφειν, οἱ τὴν πόλιν οὐ κοινήν ἡμῖν παρέχουσι; πρὸς τούτοις τε γῆν ἔχοντες εὐφροσάτην ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιόντας, καὶ τὸ σύμμαχον ἔγγενές παρεχομένην καὶ ἵππους, οὐχ ὅπως διαλύομεν τοὺς βουλομένους ἀδικεῖν, ἀλλ' ἐπαγόμεθα τοὺς ἀμυνοῦντας μισθῷ πείθοντες καὶ φυλασσόμεθα ξένους, καὶ κατα-
 10 φρονεῖται μὲν ἡ δύναμις τῆς χώρας, καταγελώμεθα δ' αὐτοί. Τούτων πάντων καὶ ἐτέρων πολλῶν τὸν αἴτιον αὐτοὶ παρόντες θεάσασθε, τοιαύτην ἐπίδειξιν

eorum qui vobis confidunt spem cupiat eludi. Eadem igitur opera se et nos existimat et eos quorum per nos imperio privabitur subacturum. Atque hæc primum nobis conjectura licebat assequi, nunc autem re doctis firmiter cognoscere. Qua enim re potissimum et urbs capitur, et regio, hæc eum non latuit, quum seditionem nostram animadvertet; neque cum paucis hos omnes aggredi cunctatus est. Siquidem norat se, si plurimos aggredereetur, nihil quod studeret effecturum — quandoquidem debellatis infirmioribus potiores ad resistendum instructos non esset subacturus —, sin plurimos cum paucis everteret, omnium facile politurum. Atque ita fit ut ille cupiat nos seditione laborare. Quodsi est illi commodum, quam sit vobis hoc illius commodum noxium, cum alio maximo id contendentes videte. Nam quum tam esse maximum malum bellum, quam est maximum bonum pax, credatur; eodem tamen intervallo bellum seditio, quo pacem illud, superat. Ut enim in externo bello patriam servando, sic in civili nosmetipsos perdendo morimur, ita ut ne victores quidem bene audiant. Cum aliis porro preliantes pro amicis bellum gerimus; et quum alienis devictis amicos comparemus alios, nostris vero superatis, etiam priores amittimus. Jam regionis vastatio atque opum pernicies et inimicis voluptas amicisque calamitas quanta hinc sequatur, paucis singulatim explicari non potest. Neque facile est his malis, postquam semel exorta sunt, liberari: vix enim conciliatorem invenias. Nam qui prope habitant vicinorum seditionem non moleste ferunt, imbecilliores, ne pareant; pares, ut potiores fiant; superiores, ut imperent facilius.

3. Atque horum non video cur longe petendum sit exemplum, quum ipsi aliis exemplo simus. Etenim quum regionem habeamus inter Græcos maximam et omnia tum incolis tum advenis suppeditare præpollentem, nunquam iis qui a nobis deducantur ditiores videmur: siquidem illi sibi quod accedit reponunt, nos in alienos insumimus, ac tum publica reddimus privata, tum privata, publica. Quis vero non indignum ducat eos ali publice, qui urbem suam nobis publicam et communem non faciant? quumque regionem habeamus ad alios repellendis aptissimam, et socios atque equos ex se præbentem, non horum opera injurias removemus, verum adjuutores mercede conducimus et hospites vitamus; atque ita, tum regionis contemnuntur potentia, tum ipsi deridemur. Horum autem omnium atque aliorum insuper malorum auctorem coram vidi-

ἐπιδείξαντα πᾶσιν, ὅταν οὐδείς οὕτω σκληρὸς οὐδὲ μισάνθρωπος ἔστιν ὅστις ἀδάκρυτος ἂν διηγῆσαι το. Τί γὰρ οὐκ ἐγένετο τῶν μεγίστων κακῶν; οὐ παῖδες καὶ γυναῖκες καὶ πατέρες γέροντες καὶ μητέρες θεωροὶ κατέστησαν ἀποθησχόντων, οἱ μὲν πατέρων, αἱ δ' ἀνδρῶν, αἱ δὲ παίδων, αἱ μὲν ἐν ταῖς αὐτῶν χερσὶ τελευ-
 15 τῶντων τὸν βίον, αἱ δ' ἐν τοῖς πολεμίοις διαφθειρομένων; οἰκίας δὲ κατασκαπτομένας καὶ χρήματα διαρπαζόμενα; καὶ τὸ πάντων δεινότατον, ὅποτε τῆσιν αὐτῶν ἱερῶν κοινωῶν ὁ ταῦτα ἐρῶν καὶ τῆς αὐτῆς φυλῆς ὢν, ὃ προσῆκεν ἐπαμῦναι κατὰ γε νόμον, ἀλλὰ μὴ παρανόμως ἀπολέσαι; ὅτε καὶ τοῖς γέρουσιν ἐφάνη συμφορὰ τὸ γῆρας, καὶ τοῖς ὄρφανοῖς ὠσαύτως. Καὶ τούτων
 20 τὸν αἴτιον πῶς οὐ χρὴ κακῶς δρᾶν δυναμένους γε, ἀμυνομένους μὲν ὢν ὑπέβριξε, τιμωροῦντας δὲ τοῖς ἀποθανούσιν, οἰκτείροντας δὲ τοὺς ἀποστερηθέντας; οὐ γὰρ μόνον τοσοῦτον ἀγαθὸν ἔστιν, ὅτι τῶν παροχαιμένων ληψόμεθα δίκην, ἀλλ' ὅτι παράδειγμα τοῦτο δείξαντες ἀποδιδάσκοντες τοὺς ἄλλους μὴ νομίζωμεν εὐρημα τὴν ἡμετέραν διαφορὰν μηδὲ μεθ' ἡμῶν ἐπιβουλεύειν ἡμῖν. Ἐὰν δὲ τοῦτο γένηται, πολλὰς ἐλπίδας ἔχω μηδὲ στα-
 25 σάσειν ἡμᾶς, ὅταν ἐπίκουροι μηδαμῶθεν ἴωσι τοῖς ἐπιβουλεύουσιν.

4. Οὕτω μὲν οὖν ἀγαθὸν ἔστιν ἡμῖν ἐβελοντάς ἡμολογῆσαι συμπολεμεῖν τοῖς παρακαλοῦσιν· ὡς δ' ἀναγκαῖόν ἔστιν, ἐκ τῶν ἐπιλοίπων χρὴ σκοπεῖν. Ἀρχέλαος γὰρ οὐτ' ἐπὶ Πελοποννησίου ἦλθε μετὰ Ἀθηναίων, οὔτε διὰ τῆς χώρας ἵνα βουλομένους ἐπαυσειν, οὔτε χρήματα καρέσχειν ἐπὶ τούτους, οὐδὲ ἔστι πρόφασις
 30 τῆς ἔχθρας πλὴν ὅτι οὐκ ἤθελε συμπολεμεῖν αὐτοῖς πρὸς Ἀθηναίους, ἀλλ' ἡσυχίαν ἦγεν. Ἐπειδὴ τῶν τούτων συμπολεμησάντας αὐτοῖς, εὐλαθεθῶμεν ὅπως μὴ διὰ τὴν αὐτὴν πρόφασιν ἡμῖν πολεμησώσιν, εἰ παρακαλούμενοι μὴ βουλησόμεθα συμπολεμεῖν μετὰ Πελοποννησίων· οὐ γὰρ ἡδέομαι ὑπὸ Ἀθηναίων οὐδέν.
 35 Ἡμῖν δὲ δὴ τίς λόγος ἰπολείπεται; πότερον ὡς οὐκ ἀδικούμεθα; διδάσκοντες αὐτοὺς ταῦτα δρᾶν ἄπερ ἐκεῖνος· οὐ γὰρ ἀδικον, εἴπερ ὁ τάδε δράσας οὐκ ἀδικεῖ. Ἀλλ' ἀδικεῖσθαι μὲν φήσομεν, ἀμύνεσθαι δ' οὐ βουλησόμεθα; πολλὴν ἄρα δειλίαν ποιήσομεν τοῖς βουλομένοις ἡμᾶς καλῶς δρᾶν. Ἀλλὰ βούλεσθαι μὲν, δύνασθαι δ' οὐ; τίς οὖν οὐ καταφρονήσει τῆς δυνάμεως ἡμῶν, εἰ τοὺς Ἑλληνας γε ἔχοντες ἐπικούρους οὐδὲ
 40 οὕτω δυνησόμεθα τοὺς ἔχθρους ἀμύνεσθαι, καὶ τὸ μέγιστον, εἰ δευτέραν αἰτίαν σχήσομεν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, πρότερον μὲν ὅτι τὸν [πρότερον] Μηδικὸν οὐ συνεπολεμήσαμεν, δευτέρον δὲ τὸν νῦν ἐπαγγελλόμενον. Καίτοι πρὸς ἐκεῖνον μὲν ἰκανὴν πρόφασιν εἶχοντες· πρὸ ἡμῶν μὲν γὰρ ἠθέλομεν αὐτοῖς συνδιακινδυνεύειν· οὕτω γὰρ ἐπὶ πάσης ἐγένετο μάλλον, ἢ τὴν ἡμετέραν αὐτῶν ἀπολιπόντας περὶ τῆς ἐκείνων διαμάχεσθαι· νῦν δὲ
 177 τί φήσομεν; αὐτοὶ γὰρ ἤκουσιν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τῆς ἡμετέρας ἐβελοντες κινδυνεύειν. Ἐτι δὲ πῶς οὐ δει-

stis, quum tale sui specimen omnibus ederet, quale nemo quantumvis durus et inhumanus absque lacrimis posset exponere. Quod enim de gravissimis malis deficit? non et pueri et mulieres et senes parentes, illi patres, aliae viros, aliae liberos, vel in suis manibus vel inter hostes mori viderunt? nonne conspexistis aedium subversiones atque opes raptas? et, quod erat omnium gravissimum, haec saepe fiebant ab eo qui sacrorum eorundem atque ejusdem tribus esset particeps, quem juvare secundum leges, non contra leges decebat perdere? Quo tempore aetas senibus pariter ac orbatis calamitati et malo erat. Atque horum auctorem quis nobis affligendum quum possimus neget, tum juvandos mortuos, tum orbatis misericordiam tribuendam? Neque enim hoc tantum erit commodi, quod rerum praeteritarum poenas expetemus, sed etiam reliquos hoc exemplo docebimus, ne dissensionem nostram in lucro ponant neque nobiscum nobis insidientur. Id porro si contingat, nunquam seditione nos laboraturos confido, si nusquam insidiantibus adjutores occurrant.

4. Atque his quidem de causis commodum est cum iis qui adhortantur bellum voluntario capessere: quam sit autem necessarium ex sequentibus cognoscite. Etenim Archelaus nec Peloponnesios cum Atheniensibus invasit, nec per suam ire regionem vetuit, neque pecuniam contra illos suppeditavit, neque ullam dedit inimicitiae causam, nisi quod cum illis Athenienses oppugnare noluit, verum quietem sectatus est. Quare si satis est causae Peloponnesis, quum hostes judicant eos qui noluerunt una bellum gerere, cavendum est ne nobis eadem de causa bellum inferant, si vocati una pugnare noluerimus: etenim nullam ab Atheniensibus injuriam acceperat. Nobis vero quoniam est reliqua ratio? An quia laesi non sumus? Docebimus eos eadem, quae ille, facere: si enim qui id fecit injuste non egit, nulla omnino est injustitia. An vero laesos esse fatebimur, ulcisci nos velle negabimus? Admodum igitur ignavos reddemus eos qui nobis benefacere cogitant. An denique velle, sed non posse dicemus? Quis ergo nostras vires non contemnet, si ne Graecorum quidem auxilio poterimus hostes ulcisci, et, quod est maximum, secundam apud Graecos culpam subibimus, qui nec in primo bello Persico, nec in hoc quod nunc indicitur, socios nos praebemus? Quoniam in illo non deerat nobis excusatio: pro nobis enim volebamus una cum illis periclitari; atque hoc honestius ducebamus, quam si nostra relicta de illorum regione depugnaremus. Nunc autem quid dicemus? siquidem ipsi pro nobis ac nostris adsunt periclitaturi. Praeterea nunc indignum, si soli

νὸν εἰ μόνου τῶν Ἑλλήνων εἰς τὴν Ἑλληνίδα συμμαχίαν οὐ συναριθμησόμεθα; Τοῦτο δ' ὅσον ἐστίν, αὐτὸς οὗτος δεδήλωκεν· ἐπιθυμῶν γὰρ καὶ χρήματα βουλόμενος τοῖς Ἑλλήσιν δοῦναι ὅπως γένοιτο σύμμαχος, οὐκ ἐδυνήθη διαπραξασθαι. Καὶ τοῦτο σχεδὸν ἐστὶ δυοῖν σημεῖον, καὶ ὅτι ἀγαθὸν ἐστὶ καὶ ὅτι χαλεπὸν. Περὶ μὲν οὖν τούτων, ἐὰν ταῦτά τις ἀντιλέγῃ, τοσαῦτά μοι λελέχθω.

5. Ἦδῃ δὲ λόγον ἤκουσα λεγόμενον, ὃς μοι σημεῖον ἐστὶν ἱκανὸν ὅτι βέλτιστά ἐστιν ἃ ἐγὼ λέγω τοῖς ἐναντιωσομένοις. Ἐπεὶ δ' λόγος ἐκεῖνος ἰσχυρότατός ἐστιν, οὐκ ἀξίον ἐστὶν εἶτι φοβηθῆναι. Λέγουσι γὰρ ὡς κρείσσω Ἀρχελαός ἐστι, καὶ τοιοῦτος ὢν πρόσοικος μᾶλλον ἢ Πελοποννήσιοι· τοῦτον μὲν γὰρ εἰ βουλοίμεθα, δυναίμεθ' ἂν ἀμύνεσθαι, Πελοποννησίους δ' οὐκ ἂν· οὐκοῦν κρείσσω στασιάζειν πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς μᾶλλον ἢ δουλεύειν ἐτέροις. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν ἀνάγκη ἑώρων οὔσαν ἡμῖν ἐλέσθαι δυοῖν θάτερον, ἐβουλευσάμεν ἂν ὀπότερον χρῆμ' ἐλέσθαι· τὴν δ' ἡσυχίαν εὐρίσκω πρὸς Πελοποννησίους οὔσαν. Θαυμάζω δὲ καὶ τῶν ἀντιτιθέντων τὰ πράγματα τοῖς πράγμασιν. Οὐ γὰρ ὅμοια πρὸς ὅμοια συντιθέασι, πρῶτον μὲν ὅτι τὰ μὲν ὑπὸ τούτων σαφῶς ἐπιστάμεθα, τὰ δ' ὑπ' ἐκείνων ὑπονοοῦμεν. Τὰ μὲν γὰρ ἐπάθομεν, τὰ δ' οὐκ ἐπιστάμεθα εἰ πεισόμεθα. Πῶς οὖν ἴσον ἐστὶ τοῖς μὲν ἕδη γεγεννημένοις μὴ θυμοῦσθαι, τὰ δ' εἰκαζόμενα φοβεῖσθαι μᾶλλον; ἐκ ποίων δὲ γρῆ παραδειγμάτων ὀρωδεῖν αὐτά; ὀπότερον οὐχ ὀρωμεν τοὺς πλησιαιτάτους ἡμῖν προσοικοῦντας τῶν Ἑλλήνων Φωκίας ἐλευθέρους ὄντας, προσεχομένους δὲ Βοιωτοὺς οὔτε φόρον φέροντας ἐκείνοις, οὔτε ἄρχοντα οὐδένα Λακεδαιμονίων αὐτόθι, εἶτι δὲ διὰ πλείονος Κορινθίους αὐτονόμους ὄντας καὶ τῶν ἑαυτῶν κρατοῦντας, Ἀχαιοὺς δὲ πρὸς τούτοις οὔτε πλείονας ὄντας ἡμῶν οὔτε κατὰ πλείους οἰκοῦντας, Ἡλείους δὲ καὶ Τεγεάτας καὶ τοὺς ἄλλους Ἀρχάδας, ἀστυγεῖοντας ὄντας; Ἐνθ' οὐδεὶς εὐρηκὲ πῶς Λακεδαιμόνιον ἄρχοντα, ὥσπερ οὐδ' ἐνθάδε Μακεδόνα· πολιτείας δὲ πανταχοῦ καὶ νόμους ἐπιστάμεθα κειμένους, καὶ τὰ κοινὰ κοινῇ καρπουμένους.

6. Ἴσως ἂν τις εἰποι, ἀλλ' ὀλιγαρχίαν ἀπανταχοῦ καθιστᾶσι. Τοιαύτην γε εἴαν ἡμεῖς εὐχόμενοι πολλὸν χρόνον καὶ ποθοῦντες, ὀλίγον χρόνον ἰδόντες, ἀφῆρέθημεν· εἰ δὴ προσήκει ὀλιγαρχίας λέγειν ἐκεῖνας πρὸς τὰς ἐνθάδε. Ποῦ γὰρ οὕτω μικρὰ πόλις ἐν ἣ τὸ τρίτον μέρος οὐ μετέχει τῶν πραγμάτων αὐτόθι; ὅτι δὲ μήτε ὅπλα μήτε ἄλλη δύναμις ἐστὶ τὰ κοινὰ πράσσειν, οὐχ ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀλλ' ὑπὸ τῆς τύχης ἀπεστερήθη τῶν πραγμάτων. Ἀπεστέρηται δὲ τοσοῦτον χρόνον, ἕως ἂν παράδειγμα ᾖται. Παρὰ δὲ ταῦτα, παρ' ὑμᾶς ἐστίν. Οἶμαι μὲν γὰρ ἡμᾶς οὐδ' ἂν εὐχομένους ἄλλως εὐξασθαι πολιτεύεσθαι, παραδείγματα μὲν τοιαῦτα παρεχομένους ὀρωδεῖν οὐκ εἰκὸς αὐτοῦς, ἃ μὴ γενέσθαι δεῖν ἐστὶ μᾶλλον ἢ γενέσθαι. Καὶ Λακεδαιμονίους μὲν οὐκέτι πέφυκεν ἡμῖν ἐπιτίθεσθαι· πόρρω γὰρ οἰκοῦ-

Græcorum in societate Græca non censebimur? Id vero quantum sit, hic ostendit ipse: nam quum pecunia cuperet Græcorum societatem emere, non potuit obtinere. Quod quidem et commodam rem esse et difficilem simul demonstrat. Ac de his quidem, si quis ea contra proferat, hæc dicta sint.

5. Sed alium audio sermonem, qui ea quæ contra dico optima esse perspicue ostendit. Etenim si adversariorum ratio foret firmissima, deponendus jam esset metus. Aiunt enim præstare Archelaum, quamvis talem, accolam Peloponnesiis: nam hunc facile si velimus repellamus, Peloponnesios non item: quare seditione præstat inter nos conflictari quam aliis servire. At ego si necessario viderem eligendam alterutrum, utrum potius esset d. liberarem: verum quietem nobis cum Peloponnesiis intercedere video. Miror præterea istorum contentionem qui dissimilia inter se comparant. Paria enim cum paribus neququam comparant, primum quidem quia horum facta cognoscimus aperte, illorum suspicione complectimur. Si quidem illa sensimus, hæc an sensuri simus ignoramus. Non igitur æquum est ob res gestas non indignari, quas autem assequimur conjectura magis timere. Quibus vero exemplis metum hunc concipiamus? Non videmus proximos nobis Græcos Phocenses esse liberos, propinquos Bæotos nec tributo nec magistratu ullo Laconio premi, remotiores etiam Corinthios sui juris esse suisque frui, Achivos præterea qui nos nec multitudine nec oppidis superant, nec non Eleos, Tegeatas et Arcadas reliquos eodem se habere modo? sic, ut nullus ibi regnarit adhuc Laco, sicut nec hic Macedo. Jam republicas ubique constitutas et leges positas novimus, ac rerum communium usum esse communem.

6. Sed eos forte quis paucorum imperium ubique dicit instituere. Tale profecto, quale nos quum diu optassemus ac desiderassemus, brevi sumus constituto spoliati: si quidem comparanda sunt illa paucorum cum istis imperia. Ubi enim tam parvam urbem reperias, in qua non tertia pars præsit rebus? cui autem neque armorum gerendorum neque reliquæ reipublicæ administrandæ facultas est, is non tam per Lacedæmonios quam per fortunam privatus est imperio. Privatus quidem est, donec documentum ediderit. Omnia vero ista penes vos sunt. Nam reipublicæ quidem formam vix aliam, arbitror, possimus exoptare; exemplis autem propositis ea non debemus timere, quæ non contingere sit quam contingere gravius. Lacedæmonii porro

σιν ἀφ' ἡμῶν, ἀπαράσκευοι τ' εἰσι πρὸς τὴν χώραν. Ἐὰν γὰρ ἡμεῖς ἰσχύομεν μάλιστα, οὐκ ὀλίγον διαφέρουσι, πλησιοὶ εἶναι αὐτῶ. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ εἰκότως ἐπιβουλεύουσιν· ἐὰν δ' ἐγγχειρῶσιν, οὐ λήσουσιν· ἐὰν δὲ προγινώσκωμεν, οὐκ ἀμελήσομεν αὐτῶν.

10 Ὡστε οὐδαμῇ καλῶς αὐτοῖς ἐπιτίθεσθαι σήξει.

7. Εἰ δὲ καὶ τόνδε τις τὸν λόγον λέξει, ὡς Ἀρχέλαος παῖδας ἔχει καὶ διὰ τοὺς παῖδας οὐχ ὀδόντε συμπολεμεῖν, πρῶτον μὲν ἀξίον θαυμάσαι τοῦτον, ὅστις περὶ μὲν δέκα παίδων λέξει, περὶ δὲ τῶν ἀπάντων οὐ λέγει οὐδὲ περὶ τῆς πόλεως, καὶ τὸ μὲν τῶν παίδων (1. πάντων s. πολλῶν) συμφέρον ἀποστρεφεί, καὶ δὲ τῶν ὀλίγων καθίστησιν. Εἰ μὲν οὖν ἀναγκαῖον ἦν παθεῖν τι τοὺς παῖδας, οὐ θαυμαστὸν ἦν λέξαι· νῦν δὲ δῆλόν ἐστιν 1783ῖ κρατοῦντες ἐκεῖνου καὶ τῶν παίδων ἅμα κρατήσομεν, ὥστε ἀφελόντες τῶν ἐκεῖνου κακῶν βραδίως ἀπολαβεῖν τοὺς παῖδας.

8. Ὁ μὲν οὖν ἐμὸς λόγος ἀμύνεσθαι μὲν τὸν ἀδικοῦντα κελεύει, τιμωρεῖν δὲ τοῖς ἀποθανούσι, χαρίζεσθαι δὲ τοῖς παρήκουσι (1. προσήκουσι), δέχεσθαι δὲ τὴν τύχην, συμμάχους τε τοῖς Ἑλλησιν εἶναι, πολέμιους δὲ τοῖς βαρβάροις, καὶ πιστεύειν μὲν τοῖς ὠφελούσιν, ὄρωδειν δὲ τοὺς μὴ τοιοῦτους, ἐχθροὺς δὲ νομίζειν τοὺς ἀδικοῦντας, φίλους δὲ τοὺς ἐπαμύνοντας, πρὸς τούτοις τε τὰ γιγνωσκόμενα τῶν εἰκαζομένων κυριώτερα ἡγίεσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν οὐμὸς λόγος· τοῖς δὲ ἐναντιούμενοις εἰς τοῦτο ἤξουσι τολμῆς τάναντία δεῖ δύνασθαι τὸν λόγον, ἀνέχεσθαι μὲν ἀδικουμένους, ὠφελεῖν δὲ 10 τοὺς ἀδικοῦντας, φεύγειν δὲ τοὺς βουλομένους ὠφελεῖν, ἀπιστεῖν δὲ τοῖς φίλοις, πιστεύειν δὲ τοῖς ἐχθροῖς, ὄρωδειν δὲ τὰ πόρρω, τὰ δὲ πλησίον ὑπερορᾶν, ἔπειτα τοῖς Ἑλλησιν μὴ γίνεσθαι συμμάχους, τοῖς δὲ βαρβάροις, καὶ πρὸς τούτω τοῖς ἐχθροτάτοις, ἔτι δὲ ἀτιμωρήτους μὲν τεθνάναι τοὺς ἀποθανόντας, ἀτίμους δὲ τοὺς προσήκοντας εἶναι, καὶ μήτε πολιτεῖαν εἶναι μήτε νόμον μήτε δίκαν. Τοιαῦτα ἀνάγκη τὸν λόγον τὸν τῶν ἀντι- 15 λεζόντων δύνασθαι· ταῦτα γὰρ ἐστὶν ἐναντία τούτοις ὡς ἐγὼ λέγω. Πειθόμενοι οὖν ἐκεῖνοις τούτων οὐχ ἀμαρτήσεσθε· δεξάμενοι δὲ τὴν συμμαχίαν καὶ προθυμηθέντες, ὧν ἐπάθομέν τε δίκην ληψόμεθα καὶ τὸ λοιπὸν οὐ πεισόμεθα τοιαῦτα.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ ΑΙΑΣ.

81 Ἐβουλόμην ἂν τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν δικάζειν ὅσπερ καὶ ἐν τοῖς πράγμασι παρήσαν· οἶδα γὰρ ὅτι ἐμὲ μὲν εἶδε σωπαῖν, τούτω δ' οὐδὲν ἂν ἦν πλέον λέγοντι· νῦν δὲ οἱ μὲν παραγενόμενοι αὐτοῖς τοῖς ἔργοις ἀπεισιν, ὑμεῖς 8 δὲ οἱ οὐδὲν εἰδότες δικάζετε. Καίτοι ποῖα τις ἂν δίκη δικαστῶν μὴ εἰδότεν γένοιτο, καὶ ταῦτα διὰ λόγων; τὸ δὲ πρᾶγμα ἐγένετο ἔργω. Τὸ μὲν οὖν σῶμα τοῦ Ἀγυλλέως ἐκόμισα ἐγὼ φέρων, τὰ δὲ ὄπλα δόξα, ἐπιστάμενος ὅτι οὐ τῶν ὄπλων μάλλον ἐπεθύμουσι οἱ Ἑρῶες ἀλλ' ἢ τοῦ νεκροῦ κρατῆσαι. Τοῦ μὲν γὰρ εἰ ἐκράτησαν, ἡκίσαντό τε ἂν τὸ σῶμα καὶ τὰ λῦτρα τοῦ

non facile nos invaserint : sunt enim longe a nobis remoti, nec nimis ad eam rem instructi. Nam propinquitas, qua nos valemus plurimum, non parvum apud illos discrimen facit. Quare primum non temere nos aggredientur : sin facient, non latebunt; si præsciemus, non negligemus. Quo fit, ut nulla ratione nos commode queant invadere.

7. Quod si quis hoc etiam dixerit, pueros (*Thebanos*) habere (*obsides*) Archelaum ac propter eos non esse belandum, admirari primum eum libeat, qui decem puerorum mentionem faciat, omnium atque civitatis ipsius obliviscatur; et quum multorum utilitatem negligat, paucorum rationem habeat. Jam si necessario pueris aliquid esset expectandum, nullam hæc verba admirationem movereat : nunc illo devicto, pueros quoque in nostra potestate fore manifestum est, adeo ut eos malis ab illo timidis liberatos facile recuperaturi simus.

8. Ac mea quidem oratio jubet injuriarum auctorem ulcisci, mortuos juvare, necessariis gratificari, fortunam accipere, Græcis amicos, barbaris hostes esse, juvantibus confidere, alios metuere, lædentes pro hostibus, juvantes pro amicis habere, denique res cognitæ suspicionibus certiores ducere. Atque hæc quidem mea vult oratio : qui autem ea erunt audacia contrariam ut instituant, eorum oratio contraria necesse est jubeat; damnum ultro accipere, lædentes juvare, prodesse volentes fugere, amicis diffidere, fidere hostibus, longinqua metuere, propinqua contemnere, non cum Græcis, sed cum barbaris, iisque inimicissimis, inire societatem, inultos mortuos, inhonestos necessarios relinquere, rempublicam, leges juraque abolere. Atque hæc oportet adversariorum velle orationem : quandoquidem hæc iis quæ ego dico sunt contraria. Quamobrem, si illis parebitis, hæc vobis non deerunt : sin societatem arripiemus, et pœnas rerum perpessarum expetemus nec in posterum similia perferemus.

ΑΝΤΙΣΤΗΝΙΣ ΑΙΑΣ.

Vellem equidem nobis eosdem dari iudices, qui rebus gestis etiam interfuerunt; tum enim profecto nec me quicquam esset opus loqui, nec huic verba prodesse: nunc autem qui rebus interfuerunt non adsunt, vos autem, qui notitiam rei nullam habetis, iudices estis. Quale vero sit iudicium ignarorum iudicium, præsertim verbis peragendum, quum res facta constiterit? Atque ego quidem Achillis cadaver sustuli, hic autem arma, quum Trojanos non tam armorum quam corporis potiundi desiderio teneri sciret. Hoc enim si cepissent, et contumeliis ipsum affectissent et

Ἐκτορος ἰκομίσαντο· τὰ δὲ ὄπλα τὰδε οὐκ ἂν ἀνέθεσαν τοῖς θεοῖς, ἀλλ' ἀπέκρυψαν, δεδιότες τόνδε τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, ὅς καὶ πρότερον ἱεροσυλήσας αὐτῶν τὸ ἀγαλμα τῆς θεοῦ νύκτωρ ὡσπερ τι καλὸν ἐργασάμενος ἐπεδείκνυτο τοῖς Ἀχαιοῖς. Κἀγὼ μὲν ἀξιώ λαβεῖν ἐν' ἀποδῶ τὰ ὄπλα τοῖς φίλοις, οὗτος δὲ ἐν' ἀποδῶται, ἐπεὶ χρῆσθαι γε αὐτοῖς οὐκ ἂν τολμήσειε· δειλὸς γὰρ οὐδεὶς ἂν ἐπισήμιος ὄπλοις χρῆσαιτο, εἰδὼς ὅτι τὴν δειλίαν αὐτοῦ ἐκφάνει τὰ ὄπλα.

2. Σχεδὸν μὲν οὖν ἔστιν ἅπαντα ὁμοία. Οἱ τε γὰρ διαθέντες τὸν ἀγῶνα βασιλεῖς ἱκανοὶ ὄντες περὶ ἀρετῆς κρίνειν ἐπέτρεψαν ἄλλοις, οἱ τε οὐδὲν εἰδότες δικάσειν ὑπισχεύεσθε περὶ ὧν οὐκ ἴστε. Ἐγὼ δὲ ἐπίσταμαι τοῦτο, ὅτι οὐδεὶς ἂν βασιλεὺς ἱκανὸς ὦν περὶ ἀρετῆς κρίνειν ἐπιτρέψειεν ἄλλοις μᾶλλον ἢ περὶ ἀγαθοῦ ἱατροῦ διαγνῶναι νοσήματα ἄλλω παρείη.

3. Καὶ εἰ μὲν ἦν μοι πρὸς ἄνδρα ὁμοίτροπον, οὐδ' ἂν ἠτήσασθαι μοι διέφερε· νῦν δ' οὐκ ἔστιν ὁ διαφέρει πλεόν ἐμοῦ καὶ τοῦδε. Ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὅ τι ἂν δράσειε φανερώς, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἂν λάθρα τολμήσαιμι πράξει. Κἀγὼ μὲν οὐκ ἂν ἀνασχοίμην κακῶς ἀκούων, οὐδὲ γὰρ κακῶς πάσχων, ὁ δὲ κἂν κρημάμενος, εἴ γε κερδαίνειν τι μέλλοι, ὅστις γε μαστιγῶν παρείχε τοῖς δούλοις καὶ τύπτειν ξύλοις τὰ νῶτα καὶ πυγμαῖς τὸ πρόσωπον, κάπειτα περιβαλόμενος ῥάκη, τῆς νυκτὸς εἰς τὸ τεῖχος εἰσδύς τῶν πολεμίων, ἱεροσυλήσας ἀπῆλθε. Καὶ ταῦτα ὁμολογήσει ποιεῖν, ἴσως δὲ καὶ πείσει λέγων ὡς καλῶς πέπρακται. Ἐπειτα τῶν Ἀχιλλεύς ὄπλα ὄψεο δὲ ὁ μαστιγίας καὶ ἱερόσυλος ἀξιοὶ κρατῆσαι;

4. Ἐγὼ μὲν οὖν ὑμῖν λέγω τοῖς οὐδὲν εἰδόσι κριταῖς καὶ δικασταῖς, μὴ εἰς τοὺς λόγους σκοπεῖν περὶ ἀρετῆς κρίνοντας, ἀλλ' εἰς τὰ ἔργα μᾶλλον. Καὶ γὰρ ὁ πόλεμος οὐ λόγῳ κρίνεται ἀλλ' ἔργῳ· οὐδ' ἀντιλέγειν ἔξεστι πρὸς τοὺς πολεμίους, ἀλλ' ἢ μαχομένους κρατεῖν ἢ δουλεύειν σιωπῇ. Πρὸς ταῦτα ἀθρεῖτε, καὶ σκοπεῖτε ὡς, εἰ μὴ δικάσετε καλῶς, γνῶσεσθε ὅτι οὐδαμῖαν ἔχει λόγος πρὸς ἔργον ἰσχὺν, οὐδ' ἔστιν ὑμᾶς ὅ τι λέγων ἄνθρωπος ὠφελήσει, εἰσεσθε δὲ ἀκριβῶς ὅτι οἱ ἀπορίαν ἔργων πολλοὶ καὶ μακροὶ λόγοι λέγονται. Ἄλλ' ἢ λέγετε ὅτι οὐ ξυνίετε τὰ λεγόμενα, καὶ ἀνίστασθε, ἢ δικάζετε ὀρθῶς. Καὶ ταῦτα μὴ κρύβδην φέρετε, ἀλλὰ φανερώς, ἵνα γνῶτε ὅτι καὶ αὐτοῖς τοῖς δικάζουσι δοτέα δίκη ἔστιν, ἂν μὴ δικάσωσιν ὀρθῶς. Κάπειτ' ἴσως γνῶσεσθε ὅτι οὐ κριταὶ τῶν λεγομένων ἀλλὰ δοξασταὶ καθήσθε. Ἐγὼ δὲ διαγινώσκων μὲν ὑμῖν περὶ ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν ἐπιτρέπω, διαδοξάζειν δὲ ἅπασιν ἀπαγορεύω, καὶ ταῦτα περὶ ἀνδρὸς ὃς οὐχ ἑκὼν ἀλλ' ἄκων ἀφίκεται εἰς Τροίαν, καὶ περὶ ἐμοῦ ὃς πρῶτος ἀεὶ καὶ μόνος καὶ ἀνευ τείχους τέταγμαί.

Hectoris pretium recuperasset : arma vero non diis obtulissent potius quam huius viri prohi metu abscondissent, qui etiam nuper deæ statuam nocte per sacrilegium furatus, Græcis quasi præclarum quiddam effecisset, ostentabat. Et ego quidem, ut amicis arma reddam, ea postulo; hic autem ut vendat, quandoquidem uti non auderet : haud enim gnavior insignibus utatur armis, quum per ea suam prodiciat ignaviam.

2. Atque omnia fere sunt similia. Nam qui certamen instituerunt reges quum possent de virtute iudicare, aliis hoc negotium commiserunt, et vos omnium ignari, de iis vos quæ non intelligitis iudicatos recipitis. Ego vero hoc scio, regem nullum, qui de virtute iudicare possit, id aliis commissurum, non magis quam peritus medicus ad alium morborum iudicium deferret.

3. Quod si mihi cum simili viro res esset, ne vinci quidem puderet : nunc inter me et hunc discrimen est maximum. Etenim hic nihil aperte faciet, ego nihil occulte. Ego male audire nollim, ut nec male affici; hic vel suspendi se patitur, modo sit lucris spes aliqua : qui tergum flagris servorum et fustibus, pugnis faciem exposuit, atque ita pannis involutus, nocte in hostium urbem ad committendum sacrilegium irrepsit. Neque hæc se negabit fecisse, verum etiam recte facta, credo, persuadebit. Ac sacrilegus hic et mastigia sibi Achilles arma postulat?

4. Equidem vos jubeo iudices imperitos non verba potius quam facta spectare, quandoquidem de virtute iudicatis. Nam et bellum factis non verbis geritur; neque cum hostibus disputare licet, sed vel vincendum est vel silentio serviendum. Hæc vos animadvertite et considerate : si enim non recte iudicaveritis, nihil ad facta valere verba, nec dicendo quenquam vobis prodesse posse, manifestum fiet; simul et hoc intelligetis, per factorum inopiam multos haberi longosque sermones. Quocirca vel non intelligere vos quæ dicantur fatemini et surgite, vel recte iudicate. Idque non occulte, sed palam, ut ipsos quoque iudices manere penam, si secus iudicarint, sciatis. Hoc deinde cognoscetis, non iudices vos dictorum, sed arbitros sedere. Ut enim iudicare vobis de me rebusque meis permitto, ita arbitrari nemini, præsertim inter eum qui non ultro sed invitatus ad Trojam venit, et me qui semper primus ac solus et absque moribus in acie consisto.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

182 Οὐ πρὸς σέ μοι μόνον ὁ λόγος, δι' ὃν ἀνέστην, ἀλλὰ
καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας· πλείω γὰρ ἀγαθὰ πε-
ποίηκα τὸ στρατοπέδον ἐγὼ ἢ ὑμεῖς ἅπαντες. Καὶ
15 ταῦτα καὶ ζῶντος ἂν ἔλεγον Ἀχιλλέως, καὶ νῦν τεθνεώ-
τος λέγω πρὸς ὑμᾶς. Ὑμεῖς μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἄλλην
μῆχην μεμάχησθε, ἣν οὐ γὰρ καὶ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν· ἐμοὶ
δὲ τῶν ἰδίων κινδύνων οὐδεὶς ὑμῶν οὐδὲν ζῦνοιθε. Καί-
τοι ἐν μὲν ταῖς κοιναῖς μάχαις, οὐδὲ εἰ καλῶς ἀγω-
νίζοισθε, πλέον ἐγίγνετο οὐδέν· ἐν δὲ τοῖς ἐμοῖς κινδύ-
20 νοις, οὐς ἐγὼ μόνος ἐκινδύνευσον, εἰ μὲν κατορθώσαιμι,
ἅπαντα ὑμῖν ἐπετελεῖτο ὡς ἔνεκα δεῦρο ἀφίγμεθα, εἰ
δὲ σφαλεῖην, ἐμοῦ ἂν ἐνὸς ἀνδρὸς ἐστέρησθε. Οὐ γὰρ
ἵνα μαχοίμεθα τοῖς Τρωσὶ δεῦρο ἀφίγμεθα, ἀλλ' ἵνα
τὴν τε Ἑλένην ἀπολάβοιμεν καὶ τὴν Τροίαν ἔλοιμεν.
Ταῦτα δ' ἐν τοῖς ἐμοῖς κινδύνοις ἐνῆν ἅπαντα. Ὅπου
γὰρ ἦν κεγρημένον ἀνάλωτον εἶναι τὴν Τροίαν, εἰ μὴ
25 πρότερον τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ λάβοιμεν τὸ κλαπὲν
παρ' ἡμῶν, τίς ἐστὶν ὁ κομισσας δεῦρο τὸ ἄγαλμα ἄλλος
ἢ ἐγὼ; ὃν σὺ γε ἱεροσυλίας κρίνεις. Σὺ γε οὐδὲν
οἶσθα, ὅστις τὸν ἄνδρα τὸν ἀνασώσαντα τὸ ἄγαλμα
τῆς θεοῦ, ἀλλ' οὐ τὸν ὑφελόμενον παρ' ἡμῶν Ἀλέξαν-
δρον, ἀποκαλεῖς ἱερόσυλον. Καὶ τὴν Τροίαν μὲν ἀλώ-
ναι ἅπαντες εὐχεσθε, ἐμὲ δὲ τὸν ἐξευρόντα ὅπως ἔσται
τοῦτο ἀποκαλεῖς ἱερόσυλον; καίτοι εἴπερ καλὸν γε ἦν
30 εἶναι τὸ Πίον, καλὸν καὶ τὸ εὐρεῖν τὸ τοῦτου αἴτιον.
Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι χάριν ἔχουσι, σὺ δὲ καὶ ὀνειδίζεις
ἐμοί· ὑπὸ γὰρ ἀμαθίας ὧν εὖ πέπονθας οὐδὲν οἶσθα.
Κἀγὼ μὲν οὐκ ὀνειδίζω σοὶ τὴν ἀμαθίαν· ἄκων γὰρ
αὐτὸ καὶ σὺ καὶ ἄλλοι πεπόνθατε ἅπαντες· ἀλλ' ὅτι
διὰ τὰ ὀνειδῆ τὰ ἐμὰ σαζόμενος οὐχ ὅλος τε εἰ πείθε-
σθαι, ἀλλὰ καὶ προσαπειλεῖς ὡς κακὸν δράσαντι
35 τούσδε, ἐὰν ἐμοὶ τὰ ὅπλα ψηφίσωνται. Καὶ πολλάκις
γε ἀπειλήσεις καὶ πολλὰ, πρὶν καὶ σμικρόν τι ἐργάσα-
σθαι· ἀλλ' εἴπερ ἐκ τῶν εἰκότων τι γρη τεκμαίρεσθαι,
ὑπὸ τῆς κακῆς ὀργῆς οἰομαί σε κακὸν τι σαυτὸν ἐρ-
γᾶσασθαι.

2. Καὶ ἐμοὶ μὲν, ὅτι τοὺς πολεμίους κακῶς ἐποίησα,
δειλίαν ὀνειδίζεις· σὺ δὲ ὅτι φανερώς ἐμάχθεις καὶ μά-
την ἠλίθιος ἦσθα, μετὰ πάντων τοῦτο δράσας, οἷε
βελτίων εἶναι. Ἐπειτα περὶ ἀρετῆς πρὸς ἐμὲ λέγεις·
40 ἔς πρῶτον μὲν οὐκ οἶσθα οὐδ' ὅπως ἔδει μάχασθαι,
ἀλλ' ὥσπερ ἔς ἄγριος ὀργῆ φερόμενος τάχ' ἂν ποτε
ἀκαιτενεὺς σεαυτὸν, κακῶ περιπεσῶν τῷ. Οὐκ οἶσθα
ὅτι τὸν ἄνδρα τὸν ἀγαθὸν οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ γρη οὐδ' ὑφ'
ἑτέρου οὐδ' ὑπὸ τῶν πολεμίων κακὸν οὐδ' ὀτιοῦν πά-
σχῃ; σὺ δὲ ὥσπερ οἱ παῖδες χαίρεις ὅτι σέ φασιν οἶδε
ἀνδρεῖον εἶναι· ἐγὼ δὲ δειλότατόν γε ἅπαντων καὶ δε-
183 λιώτα τὸν θάνατον μάλιστα, ὅστις γε πρῶτον ὅπλα
ἔχει ἀρρηκτα καὶ ἄτρωτα, δι' ἅπερ σέ φασιν οὐ τρω-
τὸν εἶναι. Καίτοι τί ἂν δράσαις εἰ τις σοὶ τῶν πολε-
μίων τοιαῦτα ὅπλα ἔχων προσέλθοι; ἢ που καλὸν τι καὶ

ANTISTHENIS ULYSSES.

Non mihi tecum solum, propter quem surrexi, sed cum
aliis etiam omnibus res est : nam plus ego commodi quam
vos omnes exercitui attuli. Atque hoc et vivente dixissem
Achille, et mortuo nunc ad vos dico. Vos enim nullum
obiistis praelium, cuius ego particeps non fuerim : at in
meis privatis periculis nemo vestrum partem habet. Jam
in communibus pugnis ne victoria quidem permultum pro-
derat : in meis vero discriminibus, quae solus subibam,
sive feliciter me gererem, omnia vobis quorum causa huc
venimus, contingebant, sive secus, uno me fuissetis orbat.
Neque enim ad manus cum Trojanis conserendas huc ap-
pulimus, verum ad Helenam recuperandam et capiendam
Trojam. Haec porro meis in discriminibus erant omnia
posita. Posteaquam enim non potuit per oraculum Troja
capi, priusquam deae staluam nacti essemus, quis eam huc
praeter me deduxit? quem tu quidem sacrilegii insimulas.
Imperitus es profecto, qui eum a quo est restituta statua,
non Alexandrum qui nobis eam surripuit, sacrilegum voces.
Quumque omnes Trojae excidium optaveritis, me, qui ejus
efficiendi rationem invenerim, appelles sacrilegum? Atqui
si pulchrum erat Trojam capere, ejus quoque rei viam inve-
nire pulchrum erat. Quumque alii gratias agant, tu a probris
abstinere non potes : nam per imperitiam beneficia non
agnoscis. Quamquam non imperitiae te insimulo ; quoniam
illa tum tibi tum aliis omnibus contingit invitis : sed quod
meis probris servari te non confiteris, verum insuper mi-
naris, quasi hos, si mihi arma adjudicarint, male sis ac-
cepturus. Ac saepe multumque minaberis, antequam ad
rem venias : quinetiam si quid est indulgendum conje-
cturae, existimo te in teipsum praerabie aliquid male con-
sulturum.

2. Et mihi quidem quod hostes laesi, ignaviam exprodras,
te autem putas, quoniam palam luctabaris et cum reliquis
frustra te fatigabas, fortiorem esse. Deinde mecum de
virtute disputas, qui primum ne hoc quidem quomodo pu-
gnandum sit scias, verum instar efferae suis ira raptus
etiam teipsum aliquando per cladem aliquam occideris.
An ignoras virum fortem nec a se nec ab alio nec ab inimicis
laedi dehere? Tu vero quasi puer, quoniam hi fortem te
dicunt, gaudes : at ego te ignavissimum et mortis metuen-
tem maxime dixero, qui primum arma habeas quae nec
frangi nec vulnerari possint, quorum te ope tradunt invol-
neratum semper esse. Quid autem feceris, si quis hostium
cum similibus armis te aggrediatur? An hoc insigne et ni-

θαυμαστόν ἂν εἴη, εἰ μῆδέτερος ἕμῶν μῆδὲν δρᾶσαι
 δύναίτο. Ἐπειτα οἷε τι διαφέρειν τοιαῦτα ὄπλα ἔχειν
 5 ἢ ἐντὸς τείχους καθῆσθαι; καὶ σοὶ μόνῳ δὴ τείχος οὐκ
 ἔστιν, ὡς σὺ φῆς· μόνος μὲν οὖν σὺ γε ἑπταβόειον πε-
 ριέρχῃ τείχος προβαλλόμενος ἑαυτοῦ· ἐγὼ δὲ ἄσπλος οὐ
 πρὸς τὰ τείχη τῶν πολεμίων ἀλλ' εἰς αὐτὰ εἰσέρχομαι
 τὰ τείχη, καὶ τῶν πολεμίων τοὺς προφύλακας ἐγγη-
 γορότας αὐτοῖς ὄπλοις αἰρώ, καὶ εἰμὶ στρατηγὸς καὶ
 φύλαξ καὶ σοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων, καὶ οἶδα τὰ
 10 τ' ἐνθάδε καὶ τὰ ἐν τοῖς πολεμίοις, οὐχὶ πέμπων κα-
 τασκεψόμενον ἄλλον, ἀλλ' αὐτὸς, ὥσπερ οἱ κυβερνῆται
 τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν σκοποῦσιν ὅπως σώσουσι
 τοὺς ναύτας, οὕτω δὲ καὶ ἔγωγε καὶ σὲ καὶ τοὺς ἄλλους
 ἀπαντας σώζω. Οὐδ' ἔστιν ὄντινα κίνδυνον ἐφυγον
 αἰσχρὸν ἠγησάμενος, ἐν ᾧ μέλλοιμι τοὺς πολεμίους
 κακόν τι δράσειν· οὐδ' εἰ μὲν ὄψεσθαι μέ τινας ἔμελλον,
 γλιχόμενος ἂν τοῦ δοκεῖν ἐτόλμων· ἀλλ' εἶτε δοῦλος
 εἶτε πτωχὸς καὶ μαστιγίας ὧν μέλλοιμι τοὺς πολεμίους
 15 κακόν τι δράσειν, ἐπεχειρῶν ἂν, καὶ εἰ μῆδεὶς δρώῃ.
 Οὐ γὰρ δοκεῖν ὁ πόλεμος, ἀλλὰ δρᾶν αἰεὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ
 καὶ ἐν νυκτὶ φιλεῖ τι. Οὐδὲ ὄπλα ἔστι μοι τεταγμένα,
 ἐν οἷς προκαλοῦμαι τοῖς πολεμίοις μάχασθαι, ἀλλ' ὄν-
 τινα ἐθέλει τις τρόπον, καὶ πρὸς ἕνα καὶ πρὸς πολλοὺς
 ἔτοιμός εἰμ' αἰεὶ. Οὐδ' ἠνίκα κάμνω μαχόμενος,
 ὥσπερ σὺ, τὰ ὄπλα ἐτέροις παραδίδωμι, ἀλλ' ὅπότε ἂν
 ἀναπαύωνται οἱ πολέμιοι, τότε αὐτοῖς τῆς νυκτὸς ἐπι-
 20 θέματα, ἔχων τοιαῦτα ὄπλα ἃ ἐκείνοις βλάψει μά-
 λιστα. Καὶ οὐτε νῦν πρότερό με ἀφελίετο, ὥσπερ σὲ
 πολλάκις μαχόμενον ἄσμενον πέπαυκεν· ἀλλ' ἠνίκα ἂν
 βρέγῃς σὺ, τηνικαῦτα ἐγὼ σώξω σε, καὶ τοὺς πολεμίους
 αἰεὶ κακόν τι ποιῶ, ἔχων τὰ δουλοπρεπῆ ταῦτα ὄπλα
 καὶ τὰ βράχη καὶ τὰς μαστιγίας, δι' ἃς σὺ ἀσφαλῶς
 καθεύδεις.

3. Σὺ δ' ὅτι φέρων ἐκόμισας τὸν νεκρὸν, ἀνδρείος
 25 οἷε εἶναι; ὃν εἰ μὴ ἡδύνω φέρειν, δύο ἄνδρες ἂν
 ἐφρέτῃν. Κάπειτα κάκεινοι περὶ ἀρετῆς πῶς ἂν ἡμῖν
 ἡμισθεῖτον, κάμοι μὲν ὁ αὐτὸς ἂν πρὸς αὐτοὺς ἦν
 λόγος· σὺ δὲ τί ἂν εἰλεγες ἀμισθητῶν πρὸς αὐτούς;
 ἢ δυοῖν μὲν οὐκ ἂν φροντίσεις, ἐνὸς δ' ἂν αἰσχύνοιο
 ὁμολογῶν δειλότερος εἶναι; οὐκ οἶσθ' ὅτι οὐ τοῦ νεκροῦ
 τοῖς Τρωσὶν ἀλλὰ τῶν ὄπλων ἔμελεν ὅπως λάβοιεν;
 τὸν μὲν γὰρ ἀποδώσειν ἔμελλον, τὰ δὲ ὄπλα ἀναθήσειν
 30 εἰς τὰ ἱερὰ τοῖς θεοῖς. Τοὺς γὰρ νεκροὺς οὐ τοῖς οὐκ
 ἀναριουμένοις αἰσχρὸν, ἀλλὰ τοῖς μὴ ἀποδιδούσι θά-
 πτειν. Σὺ μὲν οὖν τὰ ἔτοιμα ἐκόμισας, ἐγὼ δὲ τὰ ὄνει-
 διζόμενα ἀφειλόμην ἐκείνου.

4. Φθόνον δὲ καὶ ἀμαθίαν νοσεῖς, κακῶ ἐναντιωτάτω
 αὐτοῖς· καὶ ὁ μὲν σε ἐπιθυμεῖν ποιεῖ τῶν καλῶν, ἡ δὲ
 ἀποτρέπει. Ἀνθρώπινον μὲν οὖν τι πέπονθας· διότι
 γὰρ ἰσχυρὸς εἶ, οἷε καὶ ἀνδρείος εἶναι, καὶ οὐκ εἴσθα
 35 ὅτι σοφία περὶ πόλεμον καὶ ἀνδρεία οὐ ταυτὸν ἔστιν
 ἰσχύσι, ἀμαθία δὲ κακὸν μέγιστον τοῖς ἔχουσιν. Οἴμαι
 δὲ, ὅν ποτε τις ἄρα σοφὸς ποιητῆς περὶ ἀρετῆς γένη-
 ται, ἐμὲ μὲν ποιήσει πολὺτλαν τε καὶ πολύμητιν καὶ

randum foret, si neuter vestram quicquam posset effi-
 cere? Et aliquid interesse putas, arma hæc habeas, an
 intra mœnia consistas? Nam solum te mœnibus carere
 prædicas; atqui solus cum septemplici muro obambulas:
 at inermis ego hostium mœnia non aggredior sed ingredior,
 et hostiles custodes vigilantes una cum armis caplo, ac
 dux et custos tui sum reliquorumque omnium, nec minus
 hostium res quam nostras compertas habeo, non per spe-
 culatores, sed per meipsum; et quemadmodum guber-
 natores vectorum salutem noctes diesque dant operam, simi-
 liter ego te atque alios omnes conservo. Neque discrimen
 ullum propter turpitudinem fugio, dum hostibus nocere
 possim; nec si me quidam conspecturi sint, gloriæ causa
 quicquam aggrediar: sed si vel servi vel mendici vel masti-
 giæ personam induens hostes possim lædere, id vel nemine
 vidente conor. Nam non videri prælium, sed facere aliquid
 noctes diesque gestit. Neque certa mihi sunt arma, quibus
 hostes ad pugnam provoco, verum quocumque quis velit
 modo, sive cum uno sive cum pluribus semper paratus sum
 depugnare. Neque etiam quum prælium me fatigat, aliis ar-
 ma, quemadmodum tu, trado; verum quando quiescunt
 hostes, tum in eos nocte cum talibus armis impetum facio,
 quæ illos lædant plurimum. Nec unquam nox me impedit
 quæ non raro tibi quietem a pugnando optatam attulit: sed
 quum tu stertis, tum ego te tueor, et aliquam semper hos-
 tibus cladem concilio, cum servilibus his armis pannisque et
 flagris, quorum tu auxilio secure dormis.

3. An vero, quoniam cadaver sustulisti, fortem te ducis?
 quod si non tu solus, duo certe viri deferre potuissent.
 Tum illi quoque de virtute fortassis nobiscum contendissent,
 ac mihi quidem fuisset idem ad illos dicendum: tu vero
 quid in contentione protulisses? An duobus ignaviorem te
 fateri possis, uno non ausis? An ignoras Trojanos non ca-
 daver sed arma capere studuisse; nam ut illud redditori,
 ita hæc diis erant in templo dedicaturi. Etenim cadavera
 non tam est turpe non sepelire, quam sepelienda non red-
 dere. Quare tu quod erat facile sustulisti, ego quæ probris
 erant obnoxia intercepti.

4. Laboras autem invidia simul et imperitia, quæ sunt
 maxime contraria mala: quumque illa te ad res præclaras
 excitet, hæc deterret. Quapropter humanum tibi quiddam
 accidit: quum robustus sis et fortem te existimas, sed non
 eandem habere vim in bello sapientiam atque fortitudinem
 non animadvertis; imperitia vero malum est maximum. Ac
 si quis nunquam poeta qui de virtute judicare sapiat existi-
 terit, is me, ni fallor, patientem, prudentem, industrium,

πολυμήχανον και πολίπορθον και μόνον την Τροίαν
 ελόντα, σὲ δὲ, ὡς ἐγώμυαι, τὴν φύσιν ἀπεικάζων τοῖς
 τε κωθέσιν ὄνοις και βουσαὶ ταῖς φορβάσιν ἄλλοις παρέ-
 χουσι δεσμεύειν και ζευγνύναι αὐτούς.

ΑΛΚΙΑΔΑΜΑΝΤΟΣ ΟΔΥΣΣΕΥΣ

ΚΑΤΑ ΠΑΛΑΑΜΗΘΟΥΣ ΠΡΟΔΟΣΙΑΣ.

184 Πολλάκις ἤδη ἐνεθυμήθην και ἐθαύμασα, ὦ ἄνδρες
 Ἕλληνες, τὰς γνώμας τῶν λεγόντων, τί ποτε ἄρα βου-
 λόμενοι βραδίως δεῦρο παριόντες συμβουλευούσιν ὑμῖν,
 ἀρ' ὦν ὠφέλεια μὲν οὐδεμία ἐστὶ τῷ κοινῷ, λοιδοροῖαι
 5 δὲ πλείσται γίνονται ἐν ἀλλήλοισι, εἰκῆ τε λόγους ἀνα-
 λίσκουσιν ἀκαίρους περὶ ὧν ἂν τύχῃσι. Λέγουσι δὲ
 τὴν αὐτῶν δόξαν ἕκαστος βουλόμενοί τι λαβεῖν· οἱ δὲ
 και μισθὸν πρακτόμενοι συναγορεύουσι παρ' ὀποτέρων
 ἂν νομίζωσι πλεῖον λήψεσθαι. Καὶ εἰ μὲν τις ἐν τῷ
 στρατοπέδῳ πλημμελεῖ ἢ βλάπτει τὸ κοινὸν χρήματα
 10 ἑαυτοῦ πορίζμενος, τούτων μὲν μηδένα τὸν φροντί-
 ζοντα εἶναι· εἰ δὲ τις ἡμῶν αἰχμάλωτον ἀγαθὸν ἐκ τῶν
 πολεμίων ἢ γέρας εἴληφε πλεόν ἕτερος ἑτέρου, τούτων
 ἕνεκα μεγάλας διαφορὰς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἔχομεν διὰ τὰς
 τούτων σπουδάς. Ἐγὼ δὲ ἠγοῦμαι τὸν ἄνδρα τὸν
 ἀγαθὸν και δίκαιον μήτε ἔχθρας ἰδίας φροντίζειν, μήτε
 ἰδίᾳ φιλευταιρίᾳ χρῆσάμενον ἕνεκα ἀνδρός ἐνὸς χρήματα
 περὶ πλείονος ποιήσασθαι, και μὴ ὅτι ἂν μέλλῃ τῷ
 15 πλῆθει συνοίσειν. Οὐ μὲν δὲ ἀλλὰ παραλιπῶν τούς
 ἀρχαίους πόρους τε και λόγους, πειράσομαι Παλαμῆδῃ
 τόνδε ἐν ὑμῖν δικαίως εἰς κρίσιν καταστήσαι. Ἔστι
 δὲ τὸ πρᾶγμα, ὡς ἂν εἰδῆτε, προδοσία· ἐφ' ἣ δεκαπλα-
 σία τῶν ἄλλων ζημία ἐστὶν ἐπικειμένη. Καίτοι, ὡς
 ὑμεῖς ἴστε πάντες, ἐμοὶ και τούτῳ οὐδεμία πώποτ'
 20 ἔχθρα οὐδ' ἔρις ἐνεγένετο περὶ οὐδενὸς πράγματος, και
 μὴ οὐδ' ἐν καλαίστρᾳ οὐδ' ἐν συμποσίῳ, ἔθρα φιλεῖ
 ἱρίδας πλείστας και λοιδορίας γίνεσθαι. Ὁ δὲ ἀνὴρ
 ἐστὶ φιλόσοφος τε και δεινός, οὗ μέλλω κατηγορεῖν·
 ὥστε εἰκότως τὸν νοῦν προσέχων ὑμᾶς και μὴ ἀμελή-
 σαι περὶ τῶν νυνὶ λεγομένων.

2. Σχεδὸν μὲν γὰρ ἴστε και αὐτοὶ ἐν οἴῳ κινδύνῳ,
 ἐγενομέθα, ὅτε ἡμῶν οἱ μὲν εἰς τὰς ναῦς καταπεφυγό-
 τες ἦσαν, οἱ δὲ εἰς τὰς τάφρους ἐνέπιπτον, εἰς τε τὰς
 σπηνάς οἱ πολέμιοι, πᾶσά τε ἀπορία ἦν ποῖ ποτε
 προθήσοιτο ἢ τοῦ μέλλοντος κακοῦ τελευτή. Ἐχει
 δὲ ὧδε ὑμῖν. Ἐτυγχάνομεν πλησίον τῶν πυλῶν ἐν τῷ
 25 αὐτῷ συντασσόμενοι ἐγὼ τε και Διομήδης, πλησίον
 δ' ἦν Παλαμῆδης και Πολυπόιτης. Συνόντων δὲ
 ἡμῶν ἠμέτε τοῖς ἀνδράσιν, ἐκδραμῶν τοξότης ἐκ τῶν
 πολεμίων ἐστοχάσατο τούτου, ἀμαρτῶν δὲ αὐτοῦ βάλ-
 λει ἐγγὺς ἐμοῦ, οὗτός τε λόγῃν ἀφίησιν ἐπ' αὐτὸν,
 και ἐκεῖνος ἀνελόμενος ὤχετο εἰς τὸ στρατόπεδον. Ἐγὼ
 δὲ ἀνελὼν τὸν οἰστὸν δίδωμι Εὐρυβάτῃ δοῦναι Τεύκρω,
 30 ἵνα γρήψω. Ἀνοχῆς δὲ γενομένης ἀπὸ τῆς μάχης ὀλί-
 γον χρόνον, δεικνύσι μοι τὸν οἰστὸν ὑπὸ τοῖς πτεροῖς

urbium expugnatorem, ac solum Trojam cepisse dixerit,
 te vero comparaverit cum segnibus asinis et vaccis gregali-
 bus, quæ animalia hominibus se præbent vincienda et jugo
 submittanda.

ALCIDAMANTIS ULYSSES

CONTRA PALAMEDEM PRODITIONIS.

Sæpenumero consilium eorum sum demiratus, Græci,
 qui temere vobis e suggestu suadent ea, quæ nec utilitatem
 publicam efficiunt ullam, et contumelias fere gignunt
 utrinque plurimas; et quum ineptos de re qualibet sermones
 habent, tum suam quisque sententiam lucri causa profe-
 runt, atque iis adeo, a quibus plurimum se sperant acce-
 pturos, patrocinantur nonnulli. Jam si quis in exercitu quid
 peccet vel commune sibi studens lædat, id neminem vide-
 mus curare: sin aliquis nostrum vel hostem captivum ha-
 bet vel præmium accepit majus, eorum studio magnas inter
 nos contentiones excitamus. Ego vero probum et justum
 virum censeo nec privatas respicere inimicitias, nec unius
 amici studio pluris opes quam populare commodum factu-
 rum. Sed ego, priscis laboribus atque sermonibus relictis,
 Palamedem hunc vestro judicio conabor juste proponere. Est
 autem crimen, ut sciatis, proditionis: quod quidem decies
 gravior quam alia manet mulcta. Præterea quod nostis
 omnes, nulla mihi cum hoc unquam nec inimicitia nec lis
 de ulla re incidit, nec in palæstra nec in convivio, quamvis
 ibi plurimæ contentiones et contumeliæ soleant existere.
 Ipse vero, quem accusabo, prudens est et versutus: sic ut
 merito vobis attendendum sit nec quæ dicuntur negligenda.

2. Etenim nec ipsi ignoratis quo fuerimus in discrimine,
 quum alii nostrum ad naves confugerant, alii in fossas deci-
 debant, et castra hostes invaserant, ac magnopere futurus
 eventus esset incertus. Quum autem nos ad portas eodem in
 loco, Diomedes et ego, consisteremus in acie, nec procul
 Palamedes et Polyætetes distarent, sagittarius quidam ex
 hostibus excurrens, dum hunc petit, ad me aberrat; tum
 hic hastam in illum emittit, qua ille sublata redit in castra.
 At ego sagittam tollens Eurybati do ad Teucrum perferen-
 dam, ut utatur. Postquam vero pugna nonnilil interquievit,
 ostendit mihi literas sub alis teli latentes. Illic ego stupe-

γράμματα ἔχοντα. Ἐκπλαγείς δὲ ἐγὼ τῷ πράγματι, προκαλούσάμενος Σθένελον τε καὶ Διομήδην ἐδείκνυον αὐτοῖς τὰ ἐνόητα. Ἡ δὲ γραφή ἐδήλου τάδε· Ἀλέξανδρος Παλαμῆδαι. Ὅσα συνέθου Τηλέφω, πάντα εὐλοῖσθαι, ὃ τε πατὴρ Κασσάνδραν γυναῖκα διδώσῃ σοι, καθάπερ ἐπίσταίλας· ἀλλὰ τὰ ἀπὸ σοῦ πραττέσθω διὰ τάχους. Ἐνεγέγραπτο μὲν ταῦτα· καὶ μοι προσελθόντες μαρτυρήσατε οἱ λαβόντες τὸ τόξουμα.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

3. Ἐπέδειξα ἂν καὶ αὐτὸ τὸ τόξουμα ὑμῖν, ὡς ἀλη-
1850θις ἦν· νῦν δὲ ἐν τῷ θορύβῳ ἔλαθον αὐτὸ Τεῦκρος ἀποτοξεύσας. Δεῖ δέ με καὶ τὰ λοιπὰ διελθεῖν ὡς ἔχει, μὴδ' εἰκῆ οὕτως ἄνδρα σύμμαχον περὶ θανάτου κρίνειν, αἰσχρίστην αἰτίαν προστιθέντα, καὶ ταῦτα πρότερον ἐν ὑμῖν εὐδοκιμηκότα. Ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ πρὶν ἐμβαλεῖν δεῦρο πολὺν χρόνον ἐν ταῦτῳ ἐγενομέμεθα, καὶ οὐδεὶς ἡμῶν εἶδεν ἔχοντα τοῦτον σημεῖον ἐν τῇ ἀσπίδι· ἐπειδὴ δὲ κατεπλεύσαμεν δεῦρο, τρίστιξαν ἐπεγράψατο. Τίνος ἕνεκα; Ἰνα δῆλος εἴη τῷ ἐπιγράμματι, ὃ τε ἀντιτεταγμένους τούτων τόξουοὶ διὰ τὸ σύνθημα, οὕτως τε εἰς ἐκείνον ἐσακοντιζοῖ. Τεκμαίρεσθαι δὲ δεῖ καὶ ἐκ τούτων εἰκότως τὴν ἄρεαν τῆς λόγγης. Φημί γὰρ καὶ ἐν ἐκείνῃ γράμματα εἶναι, πηνίκα τε καὶ πότε προδώσει· πιστὰ γὰρ ἦν οὕτω παρ' ἀλλήλων τὰ πεμπόμενα, οὕτως τε ἐκείνοις καὶ ἐκεῖνοι τούτῳ πέμποντες διὰ τοιούτου εἶδους καὶ μὴ δι' ἀγγέλων. Ἔτι δὲ καὶ τότε σκεψώμεθα. Ψῆφισμα ἡμῖν ἐγένετο, ὃς ἂν βέλος τι λάβῃ ἐκ τῶν πολεμίων, ἀποπέρειν πρὸς τοὺς ἡγεμόνας, διὰ τὸ σπανίους αὐτοῖς γρῆσθαι ἡμᾶς· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πειθαρχοῦσι τοῖς ἐψηφισμένοις, αὐτὸς δὲ βέλη ἀνελόμενος πέντε (τοξείων) φανερός ἐστιν οὐδὲ ἐν πρὸς ὑμᾶς ἐνηνογῶς, ὥστε καὶ διὰ ταῦτα δικαίως ἂν μοι δοκεῖ θανάτῳ ζημιωθῆναι. Ἄρα γὰρ ἐνθυμεῖσθε, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ὅτι ταῦτα τοῦ σοφιστοῦ τῆς διανοίας καὶ τοῦ φρονήματος αὐτοῦ, ὃς τυγχάνει φιλοσοφῶν ἐφ' οἷς ἤκιστα ἔχρην αὐτὸν ταῦτα πράττειν; Τοῦ τε τὰ πράγματα τὰ παρεστηκότα γενέσθαι καὶ τὴν στρατείαν πᾶσαν ἐπιδείξω αἴτιον γεγονότα ἡμῖν τὸν τε πατέρα αὐτοῦ καὶ τοῦτον αὐτόν. Ἀνάγκη δὲ διὰ μακροτέρων λόγων βῆθῆναι τὰ γενομένα.

4. Τοῦτῳ πατὴρ ἐστὶ πένης, ὄνομα Ναύπλιος, τέχνην ἔχων ἀλιεῖαν. Οὗτος πλείστους τῶν Ἑλλήνων ἠφάνικε, χρήματά τε πολλὰ ἐκ τῶν ναῶν ὑφῆρηται, κακὰ τε πλείστα τοὺς ναυτίλους ἐργασται, πανουργίας τε οὐδεμιᾶς λείπεται· γνώσεσθε δὲ προϊόντος τοῦ λόγου, τὰς ἀληθείας ἀκούσαντες τῶν γενομένων. Ἄλεω γὰρ τῷ Τεγέας βασιλεῖ ἀφικομένῳ εἰς Δελφοὺς ἐχρήσθη ὑπὸ τοῦ θεοῦ ὅτι αὐτῷ ἔκγονος ἐκ τῆς θυγατρὸς εἰ γένοιτο, ὑπὸ τούτου δεῖν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἀπολέσθαι. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἄλεως διὰ τάχους ἀφικνεῖται οἰκαδε, καὶ καθίστησι τὴν θυγατέρα ἱέρειαν τῆς Ἀθηνᾶς, εἰπὼν, εἰ ποτε ἀνδρὶ συγγενήσεται, θανατώσει

factus, advocatis Diomedei atque Sthenelo, quid continetur, ostendo. Erant autem haec perscripta: Alexander Palamedi S. De quibus cum Telepho egisti, concedentur omnia, et pater tibi Cassandram, ut scripseras, despondet; tu tua celeriter perage. Atque haec quidem erant scripta: cibus vos rei, qui telum accepistis, testes advoco.

TESTES.

3. Quinetiam telum vobis ipsum ostendissem, nisi id in tumultu per incuriam Teucer emisisset. Sed reliqua mihi quoque exponenda sunt, ne inique videamur capitale crimen turpissimum commilitoni imponere, praesertim qui vobis hactenus carus fuerit. Nam priusquam huc appelleremus, diu una fuimus, quum illum nemo signum in clypeo viderat gerentem: postquam vero fuimus huc delati, tridentem inscripsit. Cur? nisi ut haec eum inscriptio manifestum redderet, sive hunc hostis peteret, sive hic in illum jacularetur. Quid quod hinc etiam jure de hasta emissa conjecturam facio. Nam in illa quoque perscriptum dixerim, quando nos esset proditurus: sic enim hic illis et illi huic vicissim, quae volebant, hoc modo sine nunciis indicabant. Nunc etiam hoc perpendite. Decreto cautum inter nos erat, ut, si quis telum ab hostibus accepisset, ad principes deferret, quandoquidem nos raris illis utimur: atque alii quidem huic parenti mandato; verum hic, quum tela quiaque sustulisset, ne unum quidem ad vos detulit. Adeo ut vel hac de causa merito mihi capite plectendus videatur. Non haec ex callida mente versutoque ejus consilio, Graeci, prodire, quae ipsum deceant minime, cogitatis? Quin imo hunc rerum qui nunc est statum totamque expeditionem huic atque hujus parenti acceptum docebo referendum, nisi quod pluribus verbis est opus.

4. Pater huic pauper est, Nauplius nomine, arte piscator. Is Graecorum plurimos de medio sustulit, opes multas e navibus abstulit, plurimis injuriis nautas affecit, omnique est versutia plenus: id quod in progressu sermonis, veritate rerum gestarum cognita, intelligetis. Aleo Tegeae regi, quum Delphos venisset, praedixit deus, quicumque ex ejus filia nasceretur nepos, ab eo liberis ipsius interemptum iri. Hoc audito confestim domum reversus, Aleus Minervae sacerdotem facit filiam, et mortem, si unquam cum viro rem

αὐτὴν. Τύχης δὲ γενομένης ἀφικνεῖται Ἡρακλῆς στρα-
 τευόμενος ἐπ' Αὐγέαν εἰς Ἥλιον, καὶ αὐτὸν ξενίζει
 ὁ Ἄλεως ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἡρα-
 κλῆς τὴν παῖδα ἐν τῷ νεῷ ὑπὸ μέθης συνεγένετο. Ἐπεὶ
 δὲ κύουσαν αὐτὴν ἤσθητο ὁ πατὴρ Ἄλεως, μεταπέμπε-
 ται τὸν τούτου πατέρα, πυθόμενος πορθημέα τε αὐτὸν
 εἶναι καὶ δεινόν. Ἀφικομένου δὲ τοῦ Ναυπλίου δίδωσιν
 αὐτῷ τὴν παῖδα καταποντίσαι. Ὁ δὲ παραλαβὼν ἦγεν
 αὐτὴν καὶ ὡς γίνονται ἐν τῷ Παρθενίῳ ὄρει, τίχτει
 Τηλέφον. Ἀμελήσας δὲ ὧν ὁ Ἄλεως αὐτῷ ἐπέστει-
 λεν, ἄγων αὐτὴν ἀπέδοτο καὶ τὸ παιδίον εἰς Μυσίαν
 20 Τεῦθραντι τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ Τεῦθρας ἄπαις ὤν τὴν
 μὲν Ἀύγην γυναῖκα ποιεῖται, τὸν δὲ παῖδα αὐτῆς ἐπο-
 νομάσας Τηλέφον τίθειαι υἱὸν ἑαυτοῦ, δίδωσί τε Πριά-
 μῳ αὐτὸν εἰς τὸ δλίγον παιδεῦσαι. Χρόνου δὲ προϊόν-
 τος Ἀλέξανδρος ἐπεθύμησεν εἰς τὴν Ἑλλάδ' ἀφικέσθαι,
 τό τε ἱερὸν τὸ ἐν Δελφοῖς θεωρῆσαι βουλόμενος, ἅμα
 ἔτι καὶ τὸ κάλλος τῆς Ἑλένης ἀκούων δηλονότι, καὶ τὴν
 30 τῷ Τηλέφῳ γέννησιν ἀκροῶς, ὁπόθεν τε εἶη καὶ τίνα
 τρόπον καὶ ὑπὸ τένοσ ἐπράθη. Ὡστε Ἀλέξανδρος οὕτω
 τὴν ἀποδημίαν ἐποιεῖτο διὰ προφάσεως τοιαύτης εἰς τὴν
 Ἑλλάδα. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τούτῳ οἱ Μόλου παῖδες
 ἀρκενοῦνται ἐκ Κρήτης, δεόμενοι Μενελάου αὐτούς τε
 διαλλάξαι καὶ διαλεῖν τὴν κτήσιν αὐτοῖς, ὅτι εἶη ὁ πα-
 τὴρ τετελευτηκῶς αὐτοῖς τε στασιάζοιεν περὶ τῶν πα-
 τέρων χρημάτων. Ἐἴεν· τί οὖν γίνεται; πλεῖν αὐτῷ
 186f30ξε, καὶ ἐπισταλάς τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς
 ἐπιμελεῖσθαι τῶν ξένων, ἵνα μηδένος ἔσονται ἐνδεεῖς,
 ἕως ἂν αὐτὸς ἔλθῃ ἐκ Κρήτης, ὁ μὲν ὄχλητο. Ἀλέξαν-
 δρος δὲ αὐτοῦ τὴν γυναῖκα ἐξαπατήσας, καὶ λαβὼν ἐκ
 τῶν οἴκων ὅσα πλεῖστα ἔδύνατο, ἀποπλέων ὄχλητο,
 οὐκ αἰδέσθεις οὔτε Δία ξένιον οὔτε θεῶν οὐδένα, ἄνομα
 5 καὶ βάρβαρα ἔργα διαπραξάμενος, ἄπιστα πᾶσι καὶ
 τοῖς ἐπιγινόμενοις ἀκούσαι. Ἀφικομένου δὲ αὐτοῦ
 πάλιν εἰς Ἀσίαν, ἄγοντος τὰ χρήματα καὶ τὴν γυναῖκα,
 ἔστιν ὅπου ἀντελάθου τινὸς ἢ βοῆ ἰσημίνας τοῖς πε-
 ροίκαις ἢ βοήθειαν συνέλεξας; οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν,
 ἀλλὰ περιεῖδες Ἑλληνας ὑπὸ βαρβάρων ὕβρισθέντας.
 Ἐπεὶ δ' ἐπίθοντο οἱ Ἕλληνες τὴν ἀρπαγὴν καὶ Μενέ-
 10 λεως ἤσθητο, ἤγειρε τὴν στρατιάν καὶ διέπεμπεν ἡμῶν
 ἄλλον ἄλλοσε εἰς τὰς πόλεις αἰτήσοντας στρατόν. Καὶ
 ἦ καὶ τούτων ἐπιμψεν εἰς Χίον πρὸς Οἰνοπίωνα καὶ
 εἰς Κύπρον πρὸς Κινύραν. Ὁ δὲ Κινύραν τε ἐπίεισε
 μὲ συστρατεύειν ἡμῖν, δωρὰ τε πολλὰ παρ' αὐτοῦ λα-
 βὼν ἀποπλέων ὄχλητο καὶ Ἀγαμέμνονι μὲν ἀποδίδωσι
 γαλακτῶν θύρακα, ὅστις οὐδενὸς ἄξιος ἦν, τὰ δὲ ἄλλα
 αὐτὸς εἶχε χρήματα. Ἀπηγγέλλετο δὲ ὅτι ἑκατὸν ναῦς
 ἀποπέμφει ὁ Κινύρας, ὁρᾶτε δὲ καὶ αὐτοὶ οὐδεμίαν
 15 παρ' αὐτοῦ ἤκουσαν. Ὡστε καὶ διὰ ταῦτα δικαίως
 ἂν μοι δοκεῖ θανάτῳ ζημιωθῆναι, εἰ ἄρα γε κολάσασθαι
 ἄξιόν ἐστι τὸν σοφιστὴν, ὅς ἐπὶ τοῖς φίλοις τὰ αἰσχίστα
 μηχανόμενος πέφανται.

5. Ἄξιον δὲ καταμαθεῖν ἂ καὶ φιλοσοφεῖν ἐπιχει-
 ρημεν ἐξαπατῶν τοὺς νέους καὶ παραπαίθων, φάσκων

habeat, interminatur. Quum autem Hercules Elim ad Au-
 geam in praelium forte contenderet, ab Aleo in acie Minervæ
 hospitio excipitur : et puella conspecta, per ebrietatem cum
 ea miscetur. Atque ut eam Aleus gravidam rescivit, hujus
 patrem arcessit, quem portitorem et callidum esse cogno-
 verat; eique filiam submergendam tradit. Hic dum eam
 abducit, illa Telephum in monte Parthenio parit : et ab
 ipso deinde, neglectis Alei mandatis, una cum infante Teu-
 thranti Mysiæ regi venditur. Is quum prole careret, Augem
 sibi uxorem jungit, et filium Telephum appellatum adoptat,
 atque apud Priamum *re bellica* (εἰς πόλεμον) instituendum
 collocat. Post accidit, ut Alexander in Græciam proficisci
 vellet, tum Delphici templi spectandi causa, tum quia He-
 lenæ pulchritudinem, ac Telephi ortum et venditionem,
 inaudierat. Quare quum Alexander hac de causa solveret
 in Græciam, interea Moli liberi ad Menelaum e Creta ve-
 niunt, et ut ipsorum dividat hereditatem, qui patre mortuo
 de bonis inter se concertarent, ab eo petunt. Quid ergo
 fit? Navigandum ille censet, et uxori fratribusque hospitum
 cura, donec ex Creta redeat, data, discedit : at Alexander,
 uxore decepta, surreptisque quæcumque poterat auferre,
 nec hospitem Jovem nec deorum quenquam reveritus,
 aufugit, quum ea per iniquitatem et barbariem gessisset,
 quæ nunquam sunt posteris credituri. Jam quum in Asiam
 ille cum opibus et muliere rediret, num quem alicubi ap-
 prehendisti? num voce signum cuiquam dedisti? num auxi-
 lium collegisti? Nihil potes horum dicere, verum a barbaris
 Græcos contumeliis affici passus es. Postquam vero raptum
 Græci cognoverant ac rescierat Menelaus, copias conscri-
 bebatur et nostrum singulos ad singulas civitates militum
 causa dimittebat. Hunc autem in Chium ad CEnopionem
 et in Cyprum ad Cinyram legavit. Ipse vero tum Cinyræ
 ne militaret nobiscum persuasit, tum plurimis donis ab eo
 acceptis Agamemnoni thoracem æneum, qui nullius erat
 pretii, dedit, sibi servavit reliqua. Quumque centum naves
 missurum Cinyram nuntiavit, ex iis nullam videtis adesse.
 Quare vel hac de causa merito mihi capite plectendus videat-
 ur, siquidem par est puniri eum, quem turpissima quæque
 in amicos commentum constet.

5. Quinciam ea, quæ per fraudem ac dolum confingere
 conatus est, operæ pretium sit cognoscere : ait enim se

τάξεις ξευρηκέναι πολεμικάς, γράμματα, ἀριθμούς, μέτρα, σταθμούς, πεττούς, κύβους, μουσικήν, νόμισμα, πυρσούς. Καὶ οὐδὲ αἰσχύνεται θταν αὐτίκα
 20 ἐλέγχεται φανερώς ἐν ὑμῖν ψευδόμενος. Νέστωρ γὰρ δδε
 πρεσβύτερος ἡμῶν ἀπάντων, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς Πει-
 ρίθου γάμοις μετὰ Λαπιθῶν ἐμαχέσατο Κενταύροις ἐν
 φάλαγγι καὶ ἐν τάξει· Μενεσθεὺς δὲ πρῶτος λέγεται
 κοσμηῆσαι τάξεις καὶ λόχους καὶ φάλαγγας συστήσαι,
 ἤνικα Εὐμόλπος ὁ Ποσειδῶνος ἐπ' Ἀθηναίους ἐστρά-
 25 τευσε Θρηκας ἄγων, ὥστ' οὐ Παλαμῆδους τὸ ξεύ-
 ρημά ἐστιν, ἀλλ' ἄλλων πρότερον. Γράμματα μὲν
 δὴ πρῶτος Ὀρφεὺς ἐξήνεγκε, παρὰ Μουσῶν μαθὼν,
 ὡς καὶ ἐπὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ δηλοῖ τὰ ἐπιγράμματα,

Μουσῶν πρόπολον τῆδ' Ὀρφέα Θρηκας ἔθηκαν,
 ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόνετι βελεῖ,
 30 Οἰάγρου φίλον υἱόν, δεσ Ἡρακλῆς ἐξεδίδαξεν,
 εὐρῶν ἀνθρώποις γράμματα καὶ σοφίην.

Μουσικήν δὲ Λίνος ὁ Καλλιόπης, ὃν Ἡρακλῆς φονεύει,
 ἀριθμούς γε μὴν Μουσαῖος ὁ τῶν Εὐμόλπιδων, Ἀθη-
 ναῖος, ὡς καὶ τὰ ποιήματα αὐτοῦ δηλοῖ,

ὄρθιον ἐξαμερὲς τετῶρων καὶ εἴκοσι μέτρων. —
 ὡς δεκάτην γενεὴν ἑκατὸν βιοτεύειν ἀνδρας.

35 Νομίσματα δὲ οὐ Φοίνικας ἐξεῦρον, λογιώτατοι καὶ
 δεινότατοι ὄντες τῶν βραβάρων; ἐξ ὀλοσφύρου γὰρ ἴσον
 μερισμὸν διεῖλοντο, πρῶτοι τε χαρακτῆρα ἔβαλον εἰς
 τὸν σταθμὸν τὸ πλεόν καὶ τὸ ἔλαττον. Παρ' ὧν οὗτος
 ἔλδων σοφίζεται τὸν ρυθμὸν. Ὡστε αὐτὸ ταῦτα πάντα
 πρεσβύτερα φαίνεται, ὧν οὗτος προσποιεῖται εὐρετῆς
 εἶναι. Μέτρα δὲ καὶ σταθμὰ ξεῦρε, καπήλοις καὶ
 40 ἀγοραίοις ἀνθρώποις ἀπάτας καὶ ἐπιτορκίας, πεττούς
 γε μὴν τοῖς ἀργείοις τῶν ἀνδρῶν ξριδας καὶ λοιδορίας.
 Καὶ κύβους αὐτὸ μέγιστον κακὸν κατέδειξε, τοῖς μὲν ἡ-
 τηθεῖσι λύπας καὶ ζημίας, τοῖς δὲ νενικηκόσι κατα-
 γέλωτα καὶ ὄνειδος· τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν κύβων γεόμενα
 ἀνόητα γίνεται, τὰ δὲ πλεῖστα καταναλίσκεται παρα-
 87 χρήμα. Πυρσούς αὐτὸ ἐσοφίσσατο, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ
 κακῷ, ὃ διενεοῖτο ποιεῖν, χρήσιμα δὲ τοῖς πολεμίοις.
 Ἀρετὴ δὲ ἐστὶν ἀνδρὸς τοῖς ἡγεμόσι προσέχειν καὶ τὸ
 προσταττόμενον ποιεῖν καὶ τῷ πλήθει ἀρέσκειν παντί,
 αὐτὸν τε παρέχειν ἀνδρα πανταχοῦ ἀγαθόν, τοὺς τε
 φίλους εὖ ποιοῦντα καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς. Ὡν
 5 τάναντία πάντων οὗτος ἐπίσταται, τοὺς μὲν ἐχθροὺς
 ὠφελεῖν, τοὺς δὲ φίλους κακῶς ποιεῖν.

6. Ἀξίω δ' ὑμᾶς ἔγωγε κοινή σκεψαμένους βουλευ-
 σασθαί περὶ αὐτοῦ καὶ μὴ ἀφείναι αὐτὸν ὑποχείριον
 λαβόντας. Εἰ δὲ κατελέθησαντες αὐτὸν διὰ τὴν δεινό-
 τητα τῶν λόγων ἀφήσετε, θαυμαστὴ παρανομία γενή-
 σεται ἐν τῷ στρατεύματι· εἰδὼς γὰρ αὐτῶν ἕκαστος
 10 ὅτι Παλαμῆδης περιφανῶς τοσαῦτα ἡμαρτηκῶς οὐδε-
 μίαν δίκην ἔδωκε, καὶ αὐτοὶ πειράσονται ἀδικεῖν.
 Ὡστε ἐὰν νοῦν ἔχητε, ψηφισθε τὰ βέλτισθ' ὑμῖν
 αὐτοῖς, καὶ τῶν λοιπῶν οὐνεκεν παράδειγμα ποιήσεσθε
 τοῦτον τιμωρησάμενοι.

militares acies, literas, numeros, mensuras, pondera, cal-
 culos, cubos, musicam, monetam facisque reperisse; nec
 eum, dum e vestigio mendacii coram vobis prolati convin-
 citur, pudet. Etenim Nestor, qui nos omnes ætate su-
 perat, in Pirithoi nuptiis ipse quoque phalange et acie in-
 structa cum Lapithis contra Centauros depugnavit : ac
 Menestheus dicitur primus aciem composuisse, turmasque
 et phalanges instituisse, quando Neptuni filius Eumolpus
 Athenienses cum Thracibus adoriebatur; quocirca non Pa-
 lamedis hoc, sed aliorum antiquiorum est inventum. At
 literas primus Orpheus ex Musarum dono protulit, quem-
 admodum etiam in illius sepulcro posita testantur carmina,

Musarum hic famulum posuerunt Orphea Thraces,
 Ignea quem poterant perdere tela Jovis,
 Oægri caram prolem, Alcidiæque magistrum,
 Litera cui quondam multa reperta fuit.

Musicam vero Linus, Calliopes filius, quem occidit Her-
 cules, invenit : ut numeros Musæus Atheniensis Eumolpi
 filius, quod etiam declarant ejus poemata,

Rectum, sextuplex, mensurarumque quater sex. —
 Sic declinam ætatem centenorum esse virorum.

At monetam nonne repererunt Phœnices, quum essent inter
 barbaros ingeniosissimi? Nam de solido partes fecerunt
 æquales, ac primi notam pro ratione ponderis incusserunt.
 Quorum hic inventa sibi tribuit. Quo fit ut ea, quorum
 hic originem sibi asserit, ipso antiquiora deprehendantur
 omnia. Mensuras enim atque pondera forensibus homi-
 nibus et institoribus ad fraudes et perjuriam reperit, nec non
 otiosis calculos ad contentionem et contumeliam. Cubos
 quoque malum maximum monstravit, victis dolorem et
 mulctam, victoribus irrisionem et probum : neque enim
 prosunt cuborum lucra, et pleraque confestim absumentur.
 Faces denique excogitavit, sed quibus ad nostrum
 damnum hostiumque commodam uteretur. Enimvero
 viri boni est imperatores attendere, exsequi jussa, pla-
 cere omnibus, ubique probum se præbere et amicis beue
 et hostibus male faciendo; contra quæ hic omnia facit, et
 tum hostes juvat, tum amicis nocet.

6. Ac vos ego de hoc homine communiter deliberare
 cupio, neque eum in vestram redactum potestatem dimit-
 tere. Sin ei propter dicendi vehementiam tribuetis miseri-
 cordiam, maxima in exercitu orietur iniquitas; eteum quum
 intellexerint ne Palamedem quidem, qui tantum flagitium
 aperte commiserat, pœnas dedisse ullas, ipsi quoque pec-
 care volent. Quare, si sapietis, quæ sint vobis ipsis op-
 tima statuetis, et in hujus supplicio reliquis exemplum
 proponetis.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥΣ ΓΡΑΠΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ΓΡΑΦΟΝΤΩΝ Η ΠΕΡΙ ΣΟΦΙΣΤΩΝ.

DE ORATIONUM SCRIPTORIBUS SIVE DE SOPHISTIS.

Ἐπειδὴ τινες τῶν καλουμένων σοφιστῶν ἱστορίας μὲν καὶ παιδείας ἡμελήκασιν, καὶ τοῦ δύνασθαι λέγειν ὁμοίως τοῖς ἰδιώταις ἀπείρως ἔχουσι, γράφειν δὲ μεμελητοκότες λόγους καὶ διὰ βιβλίων δεικνύντες τὴν αὐτῶν σοφίαν σεμνύονται καὶ μέγα φρονούσι καὶ πολλοτὸν μέρος τῆς ῥητορικῆς κεκτημένοι δυνάμεως τῆς θλιγμένης τέχνης ἀμφισβητοῦσι, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐπιχειρήσω κατηγορίαν ποιήσασθαι τῶν γραπτῶν λόγων, ὡς ἄλλοτριαν ἐμαυτοῦ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἡγούμενος, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑτέροις μείζον φρονῶν καὶ τὸ γράφειν ἐν παρέργῳ μελετᾶν οἰόμενος χρῆναι, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτὸ τοῦτο τὸν βίον καταναλίσκοντας ἀπολελεῖσθαι πολλὰ καὶ ῥητορικῆς καὶ φιλοσοφίας ὑπειληφώς, καὶ πολλὸ δικαιότερον ἂν ποιητὰς ἢ σοφιστὰς προσαγορεύεσθαι νομίζω.

1. Πρῶτον μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἂν τις καταφρονήσειε τοῦ γράφειν, ἐξ ὧν ἐστὶν εὐπειθέτον καὶ ῥάδιον καὶ τῇ τυχοῦσῃ φύσει πρόχειρον. Εἰπεῖν μὲν γὰρ ἐκ τοῦ παραγρημα περὶ τοῦ παρατυχόντος ἐπιεικῶς, καὶ ταχεῖα χρῆσασθαι τῶν ἐνθυμημάτων καὶ τῶν ὀνομάτων εὐπορίᾳ, καὶ τῷ καιρῷ τῶν πραγμάτων καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν ἀνθρώπων εὐστόχως ἀκολουθεῖν, καὶ τὸν προσήκοντα λόγον εἰπεῖν οὔτε φύσεως ἀπάσης οὔτε παιδείας τῆς τυχοῦσης ἐστὶν ἐν πολλῷ δὲ χρόνῳ γράψαι καὶ κατὰ σχολὴν ἐπανορθῶσαι, καὶ παραθέμενον τὰ τῶν προγεγονότων σοφιστῶν συγγράμματα πολλαχόθεν εἰς ταῦτ' ἐνθυμημάτων συναγεῖραι, καὶ μιμήσασθαι τὰς τῶν εὐ λεγομένων ἐπιτυχίας, καὶ τὰ μὲν ἐκ τῆς τῶν ἰδιωτῶν συμβουλίαις ἐπανορθῶσασθαι, τὰ δὲ αὐτὸν ἐν αὐτῷ πολλὰκις ἐπισκεψάμενον ἀνακαθάραι καὶ μεταγράψαι καὶ τοῖς ἀπαιδέτοις ῥάδιον πέφυκεν. Ἔστι δ' ἅπαντα τὰ μὲν ἀγαθὰ καὶ καλὰ σπάνια καὶ χαλεπὰ καὶ διὰ πόνων εἰσθῆτα γίγνεσθαι, τὰ δὲ ταπεινά καὶ φαῦλα ῥάδιαν ἔχει κτήσιν, ὥστ' ἐπειδὴ τὸ γράφειν τοῦ λέγειν ἐτοιμότερον ἡμῖν ἐστίν, εἰκότως ἂν αὐτοῦ καὶ τὴν κτήσιν ἐλάττωτος ἀξίαν νομίζοιμεν.

2. Ἐπειτα τοῖς μὲν λέγειν δεινοῖς οὐδεὶς ἂν φρονῶν ἀπιστήσειεν ὡς οὐ μικρὸν τὴν τῆς ψυχῆς ἔξιν μεταρρυθμίσαντες ἐπιεικῶς λογογραφῆσουσι, τοῖς δὲ γράφειν ἡσημένοις οὐδεὶς ἂν πιστεύσειεν ὡς ἐπὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ λέγειν οἷοι τε ἔσονται. Τοὺς μὲν γὰρ τὰ χαλεπὰ τῶν ἔργων ἐπιτελοῦντας εἰκόσ, ὅταν ἐπὶ τὰ βραὴ τὴν γνώμην μεταστήσωσιν, εὐπόρως μεταχειρίσασθαι τὴν τῶν πραγμάτων ἀπεργασίαν τοῖς δὲ τὰ ῥάδιον γεγυμνασμένοις ἀντίτυπος καὶ προσάντης ἢ τῶν χαλεπωτέρων ἐπιμέλεια καθίσταται. Γνοίη δ' ἂν τις ἐκ τῶνδε τῶν παραδειγμάτων. Ὁ μὲν γὰρ ἄραί μέγα φορτῶν δυνάμενος ἐπὶ τὰ κορυφώτερα μετελθὼν ῥαδίως μεταχειρίσασθαι ἂν· ὁ δὲ πρὸς τὰ κοῦφα τῇ δυνάμει διουκούμενος οὐδὲν ἂν τῶν βαρυτέρων οἷός τε εἴη φέρειν. Καὶ πάλιν ὁ μὲν ποδώκης δρομεὺς ῥαδίως παρέπε-

Quoniam sophistarum, quos vocant, nonnulli scientiam quidem et doctrinam nihil curant ac dicendi facultatis perinde ac privati et a fori usu remoti inexpertes sunt, scribendis autem orationibus operam navantes librisque sapientiam suam ostendentes gloriantur magnoque gerunt spiritus, et quum tantillam facultatis oratoriae partem teneant, de tota arte contendunt: ob hanc causam contra scriptas orationes accusationem instituiam, non quod alienam a me facultatem earum scribendarum esse puto, sed quod alia majoris facio, et de scribendo in subcesiva tantum opera cogitari debere censeo atque eos qui vitam in id impendunt, tum ab arte oratoria tum a philosophia longe abesse multoque justius poetas quam sophistas appellari existimo.

2. Primum igitur scribendi negotium aliquis contempserit quod aggressu facile et obvio cuique in promptu est. Nam ex tempore de quavis re dicere convenienter et ingenii celeritate paratam habere sententiarum verborumque copiam ac momenta rerum opportuna auditorumque affectus assequi solerter et orationes iis accommodare, id non vulgari cuique licet nec communis est scientiæ; verum multo temporis dispendio conscribere aliqua scriptaque per otium corrigere et, appostis priorum sophistarum voluminibus, hinc inde sententias in unum congerere et quæ bene dicta occurrant, ea imitari, deinde alia e privatorum consilio emendare, alia iterum iterumque apud animum perpensa expurgare et mutare, vel indoctis facile esse contingit. Videlicet quæcunque sunt bona et pulchra, eadem etiam rara et difficilia sunt nec sine labore fieri solent; humilia autem ac vilia studio obtinentur exiguo. Itaque quum scribendi facultatem quam dicendi facilius nobis comparemus, ultro consequitur ut minoris eam faciendam esse censeamus.

3. Deinde dicendo valentes nemo sanus dubitet quin, si ingenii habitum transformare aliquantum velint, convenienter etiam scripturi sint; qui vero in scribendo exercitati sunt, eos ob id ipsum etiam dicere posse nemo confidat. Nimirum qui difficiles operum partes explere noverrint, hos sponte intelligitur, si ad faciliora animum transdixerint, absque molestia muneris labore defuncturos esse, verum facilia solummodo doctis contraria et ardua difficiliorum tractatio existit. Exempla rem tibi comprobent. Quodsi quis onus magnum tollere valet, ad leviora transgressus facile habebit negotium; cujus autem vires levioribus tantum sufficiunt, is gravioris aliquid ferre nequit

σθαι τοὺς βραδυτέροις δύναται· ἄν· ἔ δὲ βραδύς οὐκ ἂν αἰὼς τε εἴη τοῖς θάσσοσιν ὁμοδρομεῖν. Ἐτι δὲ πρὸς τούτοις ὁ μὲν τὰ πόρρω δυνάμενος ἐπισκόπως ἀκοντίζειν ἢ τοξεύειν καὶ τῶν ἐγγύς τεύχεται βραδίως, ὁ δὲ τὰ πλησίον βάλλειν ἐπιστάμενος· οὐπω δὴλον εἰ καὶ τῶν πόρρω εὐνήσεται τυγχάνειν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ τοὺς λόγους ὁ μὲν ἐκ τοῦ παραυτίκα καλῶς αὐτοῖς χρώμενος οὐκ ἀδύλον ἐστὶ μετὰ χρόνου καὶ σχολῆς ἐν τῷ γράφειν διαφέρων ἔσται λογοποιός· ὁ δ' ἐπὶ τοῦ γράφειν τὰς διατριβὰς ποιούμενος οὐκ ἀφανὲς ἐστὶ μεταβάς ἐπὶ τοῦ αὐτοσχεδιαστικῶς λόγους ἀπορίας καὶ πλάγους καὶ παραγῆς ἔξει πλήρη τὴν γνώμην.

4. Ἡγοῦμαι δὲ καὶ τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν λέγειν αἰεὶ τε καὶ διὰ παντός χρήσιμον εἶναι, τοῦ δὲ γράφειν ὀλιγάκις εὐκαιρον τὴν δύναμιν αὐτῷ καθίστασθαι. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ἐπιλέγειν μὲν ἐκ τοῦ παραυτίκα καὶ δημηγοροῦσι καὶ δικαζομένοις καὶ τὰς ἰδίας ὁμιλίας ποιοῦσιν ἀναγκαῖόν ἐστι, καὶ πολλάκις ἀπροδοκῆτως καιροὶ πραγμάτων παραπίπτουσιν, ἐν οἷς οἱ μὲν σιωπῶντες εὐκαταφρόνητοι δόξουσιν εἶναι, τοὺς δὲ λέγοντας ὡς ἰσόθεον τὴν γνώμην ἔχοντας ὑπὸ τῶν ἄλλων τιμωμένους ὁρῶμεν. Ὅταν γὰρ νοουθετησῶσι δέη τοὺς ἀμαρτάνοντας ἢ παραμυθησασθαι τοὺς δυστυχοῦντας ἢ πρᾶναι τοὺς ἀπολλυμένους ἢ τὰς ἐξαιφνης ἐπενεχθείσας αἰτίας ἀπολύσασθαι, τῆνικαὐθ' ἢ τοῦ λέγειν δύναμις τῇ χρείᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐπικουρεῖν οἷα τέ ἐστιν, ἢ δὲ γραφῇ σχολῆς δεῖται καὶ μακροτέρους ποιεῖται τοὺς χρόνους τῶν καιρῶν· οἱ μὲν γὰρ ταχεῖαν τὴν ἐπικουρίαν ἐπὶ τῶν ἀγῶνων ἀπαιτοῦσιν, ἢ δὲ κατὰ σχολὴν καὶ βραδέως ἐπιτελεῖ τοὺς λόγους. Ἄσπε τίς ἂν φρονῶν ταύτην τὴν δύναμιν ζηλώσειεν, ἢ τῶν καιρῶν τσοῦτον ἀπολείπεται; πῶς δ' οὐ καταγέλαστον, εἰ τοῦ κήρυκος παρακαλοῦντος « τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν πολιτῶν, » ἢ τοῦ ὕδατος ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἢ δὴ βέροντος, ἐπὶ τῷ γραμματεῖον βήτωρ πορεύοιτο συνθήσων καὶ μαθησόμενος λόγον; ὡς ἀληθῶς γὰρ εἰ μὲν ἤμεν τύραννοι τῶν πόλεων, ἐφ' ἡμῖν ἂν ἦν καὶ δικαστήρια συλλέγειν καὶ περὶ τῶν κοινῶν βουλευέσθαι πραγμάτων, ὥστε ὁπότε γράψαιμεν τοὺς λόγους, τῆνικαὐτα τοὺς ἄλλους πολιτάς ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν παρακαλεῖν· ἐπεὶ δ' ἕτεροι τούτων κύριοί εἰσιν, ἄρ' οὐκ εὐθὺς ἡμᾶς (ἄλλην τινὰ) μελέτην ποιῆσθαι λόγων ἐναντίως ἔχουσαν ἀκριβῶς; εἰ γὰρ οἱ τοῖς ὀνόμασιν ἐξειργασμένοι καὶ μᾶλλον ποιήμασιν ἢ λόγοις ὀϊκότες, καὶ τὸ μὲν αὐτόματον καὶ (πλέον) ἀληθείας ὁμοιον ἀποβεβληκότες, μετὰ παρασκευῆς δὲ πεπλάσθαι καὶ συγκεῖσθαι δοκοῦντες ἀπιστίας καὶ φθόνου τὰς τῶν ἀκουόντων γνώμας ἐμπιπλῶσι, — τεκμήριον δὲ μέγιστον· οἱ γὰρ εἰς τὰ δικαστήρια τοὺς λόγους γράφοντες φεύγουσι τὰς ἀκριβείας καὶ μιμουνται τὰς τῶν αὐτοσχεδιάζοντων ἐριμνησίας, καὶ τότε κάλλιστα γράφειν δοκοῦσιν ὅταν ἤκιστα γεγραμμένοι ὁμοίους πορίσωνται λόγους. Ὅποτε δὲ καὶ τοῖς λογογράφοις τοῦτο πέρας τῆς ἐπεικειᾶς ἐστίν, ὅταν τοὺς αὐτοσχεδιάζοντας μιμήσωνται,

Porro pedes praestans cursor juxta tardum facile inceserit, sed tardus velocioris cursum haud exaequabit. Rursus si quis scopum longinquum jaculo vel sagitta scite tangit, a propinquo is non aberrabit; qui vero proximum ferire didicit, num remotiorem quoque assecutus sit, minime liquet. Eodem igitur modo res habet, circa orationes. Quippe qui quovis momento apte iis utitur, manifesto etiam tempore dato et otio componendis orationibus excellet; scribendo autem tempus terens vix est dubium quin, si de improvviso verba fundenda sint, animum habeat vagum, perplexum, turbatum.

4. Censeo autem vitae quoque humanae per omnia semper utilem esse facultatem dicendi, scribendi autem raro in vitae usus habere opportunitatem. Quis enim nescit quam sit necessarium ut ex tempore dicere sciant quicumque vel coram populo agant vel in judiciis vel privatis in colloquiis, atque saepius fieri ut subito rerum momenta incidant, in quibus qui tacent contemptibiles esse videantur, dicentes vero quasi divino quodam animo praeditos honore a reliquis affici cernamus. Quoties enim peccantes admonendi vel infelices consolandi vel furore abrepti (ἐπιμνησθέντες?) delinendi, vel obortae derepente controversiae dirimendae sunt, dicendi facultas utilem se hominum usibus praestat, dum scriptio otio indiget ac tempus absunit tempestivo longius. Nam quum momenti opportunitas in certaminibus agendi celeritatem flagitet, illa moras neclens sero orationes conficit. Quo igitur pacto sanus aliquis facultatem desideret, quum tempestivitas tam longe post se relinquit? Nonne ridiculus foret orator, qui, jam clamante praecone « *Quisnam civium concionari vult,* » vel jam fluente in judiciis aqua clepsydrae, ad bellam accederet ut orationem componeret mandaretque memoriae? Sane quidem si tyrannide civitates premerem, penes nos esset convocare judicia et de rebus publicis consulere ita ut postquam scriptae orationes essent, tum demum ad audiendas cives advocarem. Jam vero quum penes alios horum potestas sit, nonne absurdum est nos orationum meditationem instituere rerum conditioni aperte contrariam? Etenim orationes exacta verborum cura elaboratae et poematis quam orationibus similiores, quae nihil habent quod sponte natum et vero simile sit, sed data opera conflictatae et compositae sunt, diffidentia et invidia audientium animos implent. Evidentissimum habes rei argumentum. Scilicet qui orationes in judiciis pronuntiandas scribunt, nimiam istam accuratorem devitant et ex tempore dicentes imitantur ac tunc optime scribere sibi videntur si minime similes scriptis orationes exhibeant. Quodsi vero ipsis scriptoribus hic est diligentiae finis, ut extemporalia loquentes imitentur, qui non

πῶς οὐ χρῆ καὶ τῆς παιδείας ἐκείνην μάλιστα τι-
μῆν, ἀφ' ἧς πρὸς τοῦτο τὸ γένος τῶν λόγων εὐπόρων
ἔσομεν;

5. Οἶμαι δὲ καὶ διὰ τοῦτ' ἄξιον εἶναι τοὺς γρα-
πτοὺς λόγους ἀποδοκιμάζειν, ὅτι τὸν βίον τῶν μεταχει-
ριζομένων ἀνώμαλον καθιστάσι. Περὶ πάντων μὲν γὰρ
τῶν πραγμάτων γεγραμμένους ἐπίστασθαι λόγους ἐν
τι τῶν ἀδυνάτων πέφυκεν, ἀνάγκη δὲ ἐστίν, ὅταν τις
τὰ μὲν αὐτοσχεδιάζῃ τὰ δὲ τυποῖ, τὸν λόγον ἀνόμοιον
10 ὄντα ψόγον τῶ λέγοντι παρασκευάζειν, καὶ τὰ μὲν
ὑπαίρεισι καὶ βραψυδία παραπλήσια δοκεῖν εἶναι, τὰ
δὲ ταπεινὰ καὶ φαῦλα φαίνεσθαι παρὰ τὴν ἐκείνων
ἀριστείαν.

6. Δεινὸν δ' ἐστὶ τὸν ἀντιποιοῦμενον φιλοσοφίας
15 τῆς τοῦ λέγειν καὶ παιδεύσειν ἑτέρους ὑπάρχοντα, ἂν
μὲν ἔχῃ γραμματεῖον ἢ βιβλίον, δεικνύει δὴ δύνα-
σθαι τὴν αὐτοῦ σοφίαν, ἂν δὲ τούτων ἀμοιροῦς γένηται,
μηδὲν τῶν ἀπαιδευτῶν βελτίω καθιστάναι, καὶ χρό-
νου μὲν δοθέντος δύνασθαι λόγον ἐξενεργεῖν, εὐθέως δὲ
20 περὶ τοῦ προτεθέντος ἀφρονότερον εἶναι τῶν ἰδιωτῶν,
καὶ λόγον μὲν τέχνας ἐπαγγελλεσθαι, τοῦ δὲ λέγειν
μηδὲ μικρὰν δύναμιν ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ φαίνεσθαι.
Καὶ γὰρ ἡ μελέτη τοῦ γραφεῖν ἀπορίαν τοῦ λέγειν
κλείσθη παραδίδωσιν. Ὅταν γὰρ τις ἐθισθῇ κατὰ
25 μικρὸν ἐξεργάζεσθαι τοὺς λόγους καὶ μετὰ ἀκρι-
βείας καὶ ῥυθμοῦ τὰ ῥήματα συντιθέναι καὶ βραδεία
τῆ τῆς διανοίας κινήσει χρώμενος ἐπιτελεῖν τὴν
ἐπιμησίαν, ἀναγκαῖόν ἐστὶ τοῦτον, ὅταν εἰς τοὺς αὐ-
τοσχεδιαστοὺς ἔλθῃ λόγους, ἐναντία πρᾶσσοντα ταῖς
30 συνθεταῖς ἀπορίας καὶ θορύβου πλήρη τὴν γνώμην
ἔχειν, καὶ πρὸς ἅπαντα μὲν δυσχεραίνειν, μηδὲν δὲ
διαφέρειν τῶν ἰσχυροτέρων, οὐδέποτε δ' εὐλύτῳ τῆ τῆς
ψυχῆς ἀγγισιὰ χρώμενον ὑγρῶς καὶ φιλανθρωπῶς με-
ταχειρίζεσθαι τοὺς λόγους, ἀλλ' ὥσπερ οἱ διὰ μακρῶν
35 γρήνων ἐκ δεσμῶν λυθέντες οὐ δύνανται τοῖς ἄλλοις
ὁμοίαν ποιήσασθαι τὴν ὁδοπορίαν, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνα
τὰ σχήματα καὶ τοὺς ῥυθμούς ἀποφέρονται μεθ' ὧν
καὶ δεδεμένοι αὐτοῖς ἀναγκαῖον ἦν πορεύεσθαι, τὸν
αὐτὸν τρόπον ἢ γραφῇ βραδείας τὰς διαβάσεις τῆ γνώ-
40 μη παρασκευάζουσα καὶ τοῦ λέγειν ἐν τοῖς ἐναντίοις
ἔθεισι ποιουμένη τὴν ἀσκησιν ἀπορον καὶ δεσμῶτιν τὴν
ψυχὴν καθίστησι καὶ τῆς ἐν τοῖς αὐτοσχεδιαστοῖς
εὐροίας ἀπάσης ἐπιπροσθεν γίνεται.

7. Νομίζω δὲ καὶ τὴν μάθησιν τῶν γραπτῶν λό-
45 γων χαλεπὴν καὶ τὴν μνήμην ἐπίπονον καὶ τὴν λήθην
αἰσθρὰν ἐν τοῖς ἀγῶσι γίνεσθαι. Πάντες γὰρ ἂν
ὁμολογήσειαν τὰ μικρὰ τῶν μεγάλων καὶ τὰ πολλὰ
τῶν ὀλίγων χαλεπώτερον εἶναι μαθεῖν καὶ μνημονεύ-
σαι. Περὶ μὲν οὖν τοὺς αὐτοσχεδιασμοὺς ἐπὶ τῶν ἐν-
50 θυμημάτων δεῖ μόνον τὴν γνώμην ἔχειν, τοῖς δὲ ὀνό-
μασιν ἐκ τοῦ παρατύκτου ἀγλῶν ἐν δὲ τοῖς γραπτοῖς λό-
γοις καὶ τῶν ὀνομάτων καὶ τῶν ἐνθυμημάτων (καὶ)
συλλαβῶν ἀναγκαῖόν ἐστὶ ποιῆσθαι τὴν μνήμην
καὶ τὴν μάθησιν ἀκριβῆ. Ἐνθυμήματα μὲν οὖν

eam etiam maximi faciamus disciplinæ partem, qua ad
hoc eloquentiæ genus apte instituemur?

5. Verum propterea quoque scriptas orationes repro-
bandas esse puto quod vitam his utentium inæqualem red-
dunt. Nam fieri nequit ut de quavis re scriptas orationes
teneas; unde necessario sequitur ut, si quis partim ex tem-
pore dicat partim figuratam orationem promat, inæquali-
tas hæc oratori vitio vertatur, quum alia declamationem
histrionis vel rhapsodi referant, alia juxta exquisitum illo-
rum artificium humilia viliæque esse videantur.

6. Mirum vero est eum, qui artis oratoriæ scientiam
sibi vindicat aliisque se magistrum offert, si quidem ta-
bellas vel librum habeat, ostendere posse sapientiam
suam, sin his destitutus sit, ineruditus nihil esse præstan-
torem, ac tempore concesso posse orationem promere,
sin statim de proposito argumento disserendum sit, indoc-
tis se multoties præbere, et eloquentiæ quidem artem
profiteri, dicendi autem facultate ne minima quidem præ-
ditum videri. Etenim assidua meditatio quæ scribendo
insumitur, causa est ut, ubi dicendum sit, summa consilii
inopia laboremus. Nam qui minutatim orationes elaborare
et magna diligentia rhythmicè verba componere et lento
ingenii motu dictionem perficere consueverit, is ad ora-
tiones e tempore habendas adductus, quum suetis contra-
ria agat, necesse est animum perplexum et turbatum ha-
beat et ubique offendat neque ab iis quibus lingua hæsitat
differre videatur, nec unquam expedita ingenii sollertia
suaviter et liberaliter eloquio uti possit. Sed quemadmodum
qui post longa temporis spatia e vinculis solvuntur, non
ut ceteri iter facere queunt, verum in habitus motusque,
quibus vincti ingredi cogebantur, relabuntur, sic scribendi
consuetudo ingenii gressum tarditate quadam afficiens et
a dicendi arte prorsus alienans impeditum et captivum ani-
mum tenet, et ne leniter extemporalis oratio fluat, obstat.

7. Porro scriptas orationes ediscere molestum et me-
moriam tenere operosum et oblivione in causis labi turpe
esse puto. Nam minuta magnis et multa paucis difficiliter
edisci omnes conſiteantur. Jam vero in extemporalibus
ad sententias solummodo attendendum est, verba autem
in ipsa oratione inveniendæ sunt; in scriptis vero orationi-
bus etiam verba sententiarum atque adeo syllabæ accurate
discendæ et retinendæ. Sententias autem paucas et magnas
oratio habet, nomina vero et vocabula multa et exilia et

3 λίγα καὶ μεγάλα τοῖς λόγοις ἐνεστίν, ὀνόματα δὲ καὶ
 ῥήματα πολλὰ καὶ ταπεινὰ καὶ μικρὸν ἀλλήλων δια-
 φέροντα. Καὶ τῶν μὲν ἐνθυμημάτων ἀπαξ ἕκαστον
 5 καζόμεθα χρῆσθαι· διὸ τῶν μὲν εὐποροῦ ἢ μνήμη, τοῖς
 δὲ δυσανάληπτος ἢ μνήμη καὶ δυσφύλακτος ἢ μᾶθσις
 καθέστηκεν. Ἔτι τοίνυν αἰ λήθαι περὶ μὲν τοὺς αὐ-
 τοσχεδιασμοὺς ἀόλητον τὴν αἰσχύνην ἔχουσιν. Εὐλύτου
 γὰρ τῆς ἐρμηθείας οὐσης καὶ τῶν ὀνομάτων οὐκ ἀκρι-
 10 βῶς συνεξεσμένων, ἂν ἄρα καὶ διαφύγη τι τῶν ἐνθυμη-
 μάτων, οὐ χαλεπὸν ὑπερβῆναι τῷ ῥήτορι καὶ τῶν ἐφε-
 ξῆς ἐνθυμημάτων ἀψάμενον μηδεμίαν τὸν λόγον αἰσχύνῃ
 περιβαλεῖν· ἀλλὰ καὶ τῶν διαφυγόντων, ἂν ὑπερτον
 ἀναμνησθῆ, βράδιον ποιήσασθαι τὴν δῆλωσιν. Τοῖς δὲ γε-
 15 γραμμένα λέγουσιν ἂν κατὰ μικρὸν ὑπὸ τῆς ἀγωνίας
 ἐκλίπωσί τι καὶ παραλλάξωσιν, ἀπορίαν ἀνάγκη καὶ
 πλάνον καὶ ζήτησιν ἐγγίνεσθαι, καὶ μακροὺς μὲν χρό-
 νους ἐπίσχειν, πολλακίς δὲ τῆ σιωπῇ διαλαμβάνειν
 τὸν λόγον, ἀσχήμονα δὲ καὶ καταγέλαστον καὶ δυσπι-
 20 κούρητον καθεστάναι τὴν ἀπορίαν.

8. Ἡγοῦμαι δὲ καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν ἀκρατῶν
 ἀμεινον χρῆσθαι τοὺς αὐτοσχεδιάζοντας τῶν τὰ γε-
 γραμμένα λεγόντων. Οἱ μὲν γὰρ πολὺ πρὸ τῶν ἀγῶ-
 25 νων τὰ συγγράμματα διαπονήσαντες ἐνίοτε τῶν καιρῶν
 ἀμαρτάνουσιν· ἢ γὰρ μακρότερα τῆς ἐπιθυμίας λέγοντες
 ἀπερθάνονται τοῖς ἀκούουσιν, ἢ βουλομένων ἔτι τῶν
 ἀνθρώπων ἀκροᾶσθαι προαπολείπουσι τοὺς λόγους.
 Χαλεπὸν γάρ, ἴσως δ' ἀδύνατόν ἐστιν ἀνθρωπίνην πρό-
 νοιαν ἐφικέσθαι τοῦ μέλλοντος, ὥστε προῖδειν ἀκριβῶς
 30 τίνα τρόπον αἰ γινῶμαι τῶν ἀκούοντων πρὸς τὰ μήκη
 τῶν λεγομένων ἔξουσιν. Ἐν δὲ τοῖς αὐτοσχεδιασμοῖς
 ἐπὶ τῷ λέγοντι γίνεται ταμειύεσθαι τοὺς λόγους πρὸς
 τὰς δυνάμεις τῶν γνωμῶν ἀποβλέποντι καὶ τὰ μήκη
 35 συντέμνειν καὶ τὰ συντόμως ἐσκεμμένα διὰ μακροτέ-
 ρων δηλοῦν.

9. Χωρὶς τοίνυν τούτων οὐδὲ τοῖς παρ' αὐτῶν τῶν
 ἀγῶνων ἐνθυμήμασι διδομένοις ὁμοίως ὀρωμεν ἑκατέ-
 ρους χρῆσθαι δυναμένους. Τοῖς μὲν γὰρ ἄγραφα λέγου-
 40 σιν, ἂν τι παρὰ τῶν ἀντιδίκων ἐνθύμημα λάβωσιν ἢ διὰ
 τὴν συντονίαν τῆς διανοίας αὐτῶν παρὰ σφῶν αὐτῶν
 διανοηθῶσιν, εὐπορὸν ἐστίν ἐν τάξει θείναι· τοῖς γὰρ
 ὀνόμασιν ἐκ τοῦ παρατυκία περὶ ἀπάντων δηλοῦντες,
 οὐδ' ὅταν πλείω τῶν ἐσκεμμένων λέγωσιν, οὐδαμῆ
 45 τὸν λόγον ἀνώμαλον καὶ παραγῶδη καθιστάσι· τοῖς δὲ
 μετὰ τῶν γραπτῶν λόγοις ἀγωνιζομένοις ἂν ἄρα τι
 χωρὶς τῆς παρασκευῆς ἐνθύμημα δοθῆ, χαλεπὸν ἐναρ-
 μῶσαι καὶ χρῆσθαι κατὰ τρόπον· αἰ γὰρ ἀκρίβειαι τῆς
 τῶν ὀνομάτων ἐξεργασίας οὐ παραδέχονται τοὺς αὐτο-
 50 ματισμοὺς, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἢ μηδὲν χρῆσθαι τοῖς
 ἀπὸ τῆς τύχης ἐνθυμήμασι δοθεῖσιν ἢ χρώμενον δια-
 λύειν καὶ συνερείπειν τὴν τῶν ὀνομάτων οἰκονομίαν,
 καὶ τὰ μὲν ἀκριβῶς τὰ δ' ἐκτῆ λέγοντα παραγῶδη καὶ
 διάφρων καθιστάναι τὴν ἐρμηθείαν. Καίτοι τίς ἂν
 εὖ φρονῶν ἀποδέξαιτο τὴν τοιαύτην μελέτην, ἥτις καὶ

inter se simillima. Ac sententia quæque semel exponitur,
 verbis vero sæpius iisdem uti cogimur. Quare illæ facie
 memoriæ inhærent, hæc vero ediscere et in memoria cu-
 stodire et refocillare difficile est. Huc accedit quod obli-
 visionis dedecus in extemporalibus latet; nam quum dictio
 sit expedita nec in singulis verbis ad unguem perpolita,
 haud difficulter orator, si qua sententia eum fugerit, ad
 sequentes transit, nullam orationi maculam adspersens;
 idem, si postea eorum quæ oblitus erat aliquid in mentem
 recurrat, nullo labore expositionem ejus subjungit. Qui
 vero scripta dicunt, si vel minimum aliquid præ angore
 omittunt vel mutant, necessario in angustias et errores
 deferuntur et quærunt et diu morantur, sæpe etiam silentio
 orationem interrumpunt, adeo ut indecora sit et ridicula
 consilii inopia, unde ægre se expediant.

8. Desideriis quoque auditorum melius uti ex tempore
 dicentes quam scripta declamantes censeo. Hi enim diu
 ante actionem libellos suos elaborantes interdum de tempo-
 ribus falluntur. Aut longiora dicentes quam desiderantur,
 audientibus molesti sunt; aut plura his audire volentibus,
 ante tempus orationem sistunt. Haud facile enim et for-
 tasse omnino non potest fieri, ut humana providentia fu-
 tura assequatur, ac justa conjectura præsentiat quonam
 animo longitudinem diceudorum auditores excepturi sint;
 in extemporalibus autem penes dicentem est moderare
 orationem, et prouti auditorum animos affectos videat, vel
 longiora contrahere vel quæ brevius dicere constituerat,
 uberius prosequi.

9. Præterea sententiis sive argumentis quæ in ipsa
 actione suppeditantur, non eodem modo uterque uti potest.
 Nam qui scripta non adhibent, si qua sententia ab adver-
 sariis præbeatur vel si mentis intentione ipsi apud se ali-
 quid invenient, exponendis iis locum facile assignant.
 Nam quum de omnibus e tempore verba faciant, etiamsi
 plura dicant quam meditati sint, minime tamen inæqua-
 lem et salebrosam orationem reddunt; qui vero scriptis
 orationibus certant, sententiam, quæ præter præparatas
 detur, inserere et in usus suos commode convertere
 haud facile possunt. Scilicet verba artificiose concinnata
 temerarias fortuitasque mutationes non admittunt, sed ne-
 cessarium est, ut aut non utaris sententiis forte oblati, aut,
 si uti velis, ut verborum dispositionem dissolvas et evertas,
 adeoque aliis distincto, aliis temerario modo eumtalis
 turbata et dissona dictio evadat. Quis igitur sanæ mentis
 studium probaverit quod vel honorum sponte oblatorum

τῶν αὐτομάτων ἀγαθῶν ἐπίπροσθεν τῇ χρήσει καθέ-
στηκε καὶ χεῖρω τῆς τύχης ἐνίοτε τοῖς ἀγωνιζομένοις
ἐπὶ ἐπιουρίαν παραδίδωσι, καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν
ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀγεῖν τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον εἰθισμέ-
ων αὐτῇ καὶ τοῖς αὐτομάτοις εὐπορήματιν ἐμποδῶν
ἔστιν.

10. Ἡγοῦμαι δ' οὐδὲ λόγους δίκαιον εἶναι καλεῖσθαι
τοὺς γεγραμμένους, ἀλλ' ὥσπερ εἰδῶλα καὶ σχήματα
καὶ μιμήματα λόγων, καὶ τὴν αὐτὴν κατ' αὐτῶν εἰκό-
10 τως ἂν δοῶσαν ἔχοιμεν, ἤνπερ καὶ κατὰ τῶν χαλκῶν
ἀνδριάντων καὶ λιθίνων ἀγαλμάτων καὶ γεγραμμέ-
νων ζώων. Ὅσπερ γὰρ ταῦτα μιμήματα τῶν ἀλη-
θινῶν σωμάτων ἐστί, καὶ τέρψιν μὲν ἐπὶ τῆς θεωρίας
ἔχει, γρηῃσιν δ' οὐδεμίαν τῶν ἀνθρώπων βίῳ πα-
15 ραδίδωσι, τὸν αὐτὸν τρόπον δὲ γεγραμμένος λόγος, ἐνὶ
σχήματι καὶ τάξει κεκρημένος, ἐκ βιβλίου θεωρούμε-
νος ἔχει τινὰς ἐκπλήξεις, ἐπὶ δὲ τῶν καιρῶν ἀκίνητος
ὢν οὐδεμίαν ὠφελίαν τοῖς κεκτημένοις παραδίδωσιν·
ἀλλ' ὥσπερ ἀνδριάντων καλῶν ἀληθινὰ σώματα πολὺ
20 χεῖρους τὰς εὐπορίας ἔχοντα πολλαπλασίους ἐπὶ τῶν
ἔργων τὰς ὠφελείας παραδίδωσιν, οὕτω καὶ λόγος δὲ
μὲν ἀπ' αὐτῆς τῆς διανοίας ἐν τῷ παραυτίκῳ λεγόμενος
ἐμφυχός ἐστι καὶ τῇ καὶ τοῖς πράγμασιν ἔπεται καὶ
τοῖς ἀληθείαι ἀφομοιωταὶ σώμασιν, δὲ γεγραμμένος
25 εἰκόνι λόγου τὴν φύσιν ὁμοίαν ἔχων ἀπάσης ἐνεργείας
ἄμοιρος καθέστηκεν.

11. Ἴσως ἂν οὖν εἴποι τις ὡς ἀλογόν ἐστι κατηγο-
ρεῖν μὲν τῆς γραφικῆς δυνάμεως, αὐτὸν δὲ διὰ ταύτης
φαίνεσθαι τὰς ἐπιδείξεις ποιούμενον, καὶ παραδιδά-
30 λειν τὴν πραγματείαν ταύτην δι' ἧς εὐδοκιμεῖν πα-
ρασκευάζεται κατὰ τοῖς Ἑλλήσιν, ἐτι δὲ περὶ φιλοσο-
φίαν διατρέχοντα τοὺς αὐτοσχεδιαστικῶς λόγους ἐπαί-
νειν καὶ προουργιατέρων ἠγεῖσθαι τὴν τύχην τῆς
προνοίας καὶ φρονιμωτέρους τοὺς εἰκῆ λέγοντας τῶν
35 μετὰ παρασκευῆς γραφόντων. Ἐγὼ δὲ πρῶτον μὲν
οὐ παντελῶς ἀποδοκιμάζων τὴν γραφικὴν δυνάμιν ἀλλὰ
χεῖρω τῆς αὐτοσχεδιαστικῆς ἠγοῦμενος εἶναι, καὶ τοῦ
δύνασθαι λέγειν πλείστην ἐπιμελείαν οἰόμενος χρῆναι
ποιεῖσθαι, τούτους εἰρηκα τοὺς λόγους ἔπειτα προσ-
40 χρῶμαι τῷ γράφειν οὐκ ἐπὶ τούτῳ μέγιστον φρονῶν,
ἀλλ' ἔν' ἐπιδείξω τοῖς ἐπὶ ταύτῃ τῇ δυνάμει σεμνυνο-
μένοις ὅτι μικρὰ πονήσαντες ἡμεῖς ἀποκρούψαι καὶ
καταλύσαι τοὺς λόγους αὐτῶν οἰοί τ' ἐσόμεθα. Πρὸς
δὲ τούτοις καὶ τῶν ἐπιδείξεων ἕνεκα τῶν εἰς τοὺς ὄχλους
45 ἐκπερομένων ἄπτομαι τοῦ γράφειν. Τοῖς μὲν γὰρ
πολλάκις ἡμῖν ἐντυγχάνουσιν ἐξ ἐκείνου τοῦ τρόπου
παρακλεῖσθαι πείραν ἡμῶν λαμβάνειν, ὅταν ὑπὲρ
ἄπαντος τοῦ προτεθέντος εὐκαιρῶς καὶ μουσικῶς εἴπειν
οἰοί τ' ὤμεν τοῖς δὲ διὰ χρόνου μὲν ἐπὶ τὰς ἀκροά-
50 σεις ἀφργμένοις, μηδεπώποτε δὲ πρότερον ἡμῖν ἐντε-
τυχηκίσειν ἐπιχειροῦμέντι δευκύναι τῶν γεγραμμένων·
εἰθισμένοι γὰρ ἀκροᾶσθαι τῶν ἄλλων τοὺς λόγους ἴσως
ἂν ἡμῶν αὐτοσχεδιαζόντων ἀκούοντες ἐλάττονα τῆς
ἄξιας δοῶσαν καθ' ἡμῶν λάβοιεν. Χωρὶς δὲ τούτων

usum impediatur et pejus interdum quam fortuna certanti-
bus auxilium præbeat, et quum ceteræ artes ad meliora
vitam humanam adducere soleant, etiam ultro sese offeren-
tibus commodis sit impedimento?

10. Omnino autem scripta ista, me iudice, non tam
orationes appellandæ sunt quam quasi simulacra oratio-
num et species et imitamina, neque aliter de iis jure
merito sentiamus quam de statutis æneis vel lapideis imagi-
nibus vel animalibus pictis. Quemadmodum enim hæc
verorum corporum sunt imitationes et voluptatem quidem
aspectu suo præbeant, utilitatem vero hominum vitæ non
afferunt, sic oratio scripta unam aliquam habitus disposi-
tionem exhibens, si in libro spectetur, admiratione quadam
percellit, in actionum vero periculis, quum immobilis
sit, nullam ea instructis utilitatem præstat. Et sicut vera
corpora, quamvis statutis pulchris longe minus luculenter
formata sint, multiplices in operibus utilitates præbent,
sic oratio, quam ex ingenio in ipsa actione promissis, ani-
mata est ac vivit et pari gressu res sequitur et veris cor-
poribus æquiparanda est, dum scripta simulacro similem
naturam habens omnis efficaciam expers sit.

11. At forsitan absurdum esse dixeris accusare aliquem
scribendi facultatem, accusatorem vero ea ipsa videri artis
sue specimina proponere, adeoque ante criminatione stu-
dium insimulare, quo ipse famam sibi comparare apud
Græcos instituat, porro philosophiæ deditum extemporales
orationes commendare et majoris fortunam facere quam
providentiam, atque temere dicentes quam consulto scri-
bentes habere sapientiores. Ego vero primum non pro-
sus improbavi quæ in scribendo versatur facultatem,
sed eam extemporalis facultate inferiorem esse censens ma-
jusque studium in dicendi artem conferendum esse opi-
nans, hæc disserui. Deinde autem scribendi facultate
nunc ego utor, non quod hanc summi facio, sed ut ea glo-
riantibus ostendam parvo me labore orationes ipsorum
obscurare posse et abolere. Præterea artis speciminum
in vulgus edendorum causa ad scribendum accedo. Nam
qui frequenter declamationibus meis adsunt, eo ipso velim
mei periculum faciant videantque an de proposito quovis
argumento scite eleganterque dicere valeam. Qui autem
sero tandem ad me audiendum venerunt nec antea unquam
me frequentarunt, iis scriptum aliquod exhibere cupio.
Hi enim quum aliorum orationibus assueti sint, ex tem-
pore dicentem me audientes fortasse non satis recte de
merito meo senserunt. Præterea incrementorum quæ in-

καί σημαῖα τῆς ἐπιδόσεως, ἣν εἰκὸς ἐν τῇ διανοίᾳ γίνεσθαι, παρὰ τῶν γραπτῶν λόγων ἐναργέστατα κατιδεῖν ἔστιν. Εἰ μὲν γὰρ βέλτιον αὐτοσχεδιάζομεν νῦν ἢ πρότερον, οὐ βράδιον ἐπικρίνειν ἐστὶ χαλεπαὶ γὰρ αἱ μνήμαι τῶν προειρημένων λόγων καθεστῆ-
 5 κασιν· εἰς δὲ τὰ γεγραμμένα κατιδόντας ὥσπερ ἐν κατοπτρῷ θεωρῆσαι τὰς τῆς ψυχῆς ἐπιδόσεις βράδιον ἔστιν. Ἐτι δὲ καὶ μνημεῖα καταλιπεῖν ἡμῶν αὐτῶν σπουδάζοντες καὶ τῇ φιλοτιμίᾳ χαριζόμενοι λόγους
 10 γράφειν ἐπιχειροῦμεν.

12. Ἄλλὰ μὴν οὐδ' ὡς εἰκῆ λέγειν παρακελυόμεθα, τὴν αὐτοσχεδιαστικὴν δύναμιν τῆς γραφικῆς προτιμῶν-
 15 τες, ἀξίον ἔστι πιστεῦναι. Τοῖς μὲν γὰρ ἐνθυμήμασι καὶ τῇ τάξει μετὰ προνοίας ἡγούμεθα δεῖν χρῆσθαι τοὺς
 18 ῥήτορας, περὶ δὲ τὴν τῶν ὀνομάτων δῆλωσιν αὐτοσχεδιάζειν· οὐ γὰρ τοσαύτην ὠφέλειαν αἱ τῶν γραπτῶν λόγων ἀκριβείαι παραδιδόσασιν, ὅσον εὐκαιρίαν αἱ τῶν ἐκ τοῦ παραχρῆμα λεγομένων δηλώσεις ἔχουσιν. Ὅστις οὖν ἐπιθυμῆι ῥήτωρ γενέσθαι δεινὸς ἀλλὰ μὴ ποιητῆς λόγων
 20 ἱκανός, καὶ βούλεται μᾶλλον τοῖς καιροῖς χρῆσθαι καλῶς ἢ τοῖς ὀνόμασι λέγειν ἀκριβῶς, καὶ τὴν εὐνοίαν τῶν ἀκροαμένων ἐπίκουρον ἔχειν σπουδάζει μᾶλλον ἢ τὸν φθόνον ἀνταγωνιστῆν, ἔτι δὲ καὶ τὴν γνώμην εὐπορον καὶ τὴν μνήμην εὐλυτον καὶ τὴν λήθην ἀδη-
 25 λον κατεστάναι βούλεται, καὶ τῇ χρεῖα τοῦ βίου σύμμετρον τὴν δύναμιν τῶν λόγων κεκτῆσθαι πρόθυμός ἐστιν, οὗτος εἰκότως ἀν τοῦ μὲν αὐτοσχεδιάζειν ἀεὶ τε καὶ διὰ παντὸς ἐνεργῶν τὴν μελέτην ποιοῖτο, τοῦ δὲ γράφειν ἐν παιδιᾷ καὶ παρέργῳ ἐπιμελούμενος εὖ φρο-
 30 νεῖν κριθεῖη παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσιν.

ΓΟΡΓΙΟΥ ΕΛΕΝΗΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

127 Κόσμος πολεῖ μὲν εὐανδρία, σώματι δὲ κάλλος, ψυχῇ δὲ σοφία, πράγματι δὲ ἀρετή, λόγῳ δὲ ἀλήθεια· τὰ δ' ἐναντία τούτων ἄκοσμία. Ἄνδρα δὲ καὶ γυναῖκα καὶ λόγον καὶ ἔργον καὶ πόλιν καὶ πρᾶγμα χρῆ τὸ μὲν
 35 ἄξιον ἐπαινῶν ἐπαινῶ τιμᾶν, τῷ δὲ ἀναξίῳ μῶμον ἐπιθεῖναι· ἴση γὰρ ἀμαρτία καὶ ἀμαθία μέμφεσθαι τε τὰ ἐπαινετὰ καὶ ἐπαινῶν τὰ μωμητὰ. Τοῦ δ' αὐτοῦ ἀνδρὸς λέξαι τε τὸ δέον ὀρθῶς καὶ ἐλέγξαι τοὺς μεμφομένους Ἑλένην, γυναῖκα περὶ ἧς ἡμόφως καὶ ἡμό-
 40 ψηφος ἢ τε τῶν ποιητῶν ἀπάντων πίστις ἢ τε τοῦ ὀνόματος φήμη γέγονεν ἢ τε τῶν συμφορῶν μνήμη. Ἐγὼ δὲ βούλομαι λογισμὸν τινα τῷ λόγῳ δοῦς τὴν μὲν κακῶς ἀκούουσαν παῖσαι τῆς αἰτίας, τοὺς δὲ μεμφομένους ψευδομένους ἐπιδείξει, καὶ δεῖξαι τάληθῆς ἢ
 45 παῖσαι τῆς ἀμαθίας.

2. Ὅτι μὲν οὖν φύσει καὶ γένει τὰ πρῶτα τῶν πρῶτων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἢ γυνὴ περὶ ἧς ὅδε ὁ λόγος, οὐκ ἀδελφον οὐδ' ὀλιγοῖς. Δῆλον γὰρ ὡς μητρὸς μὲν Ληδίας, πατρὸς δὲ τοῦ μὲν γενομένου θεοῦ, λεγο-
 50 μένου δὲ θνητοῦ, Τυνδάρεω καὶ Διός, ὧν ὁ μὲν διὰ τὸ εἶναι ἔδοξεν, ὁ δὲ διὰ τὸ φάναι ἡλέγθη, καὶ ἦν ὁ μὲν

genium capere consentaneum esse, indicia evidentissima e scriptis orationibus colligere licet. Nimirum an melius nunc quam antea ex tempore dicamus, dijudicare anceps est, quum pristinorum orationum memoria difficulter refo-cilietur; scripta autem inspicientes quasi in speculo quidnam virium ingenio accesserit, cerni facile potest. De-nique gloriæ studio impulsus et monumenta mei relinquere cupiens ad scribendas orationes accingor.

12. Ceterum ne quis crediderit, quum extemporalem facultatem scribendi arti præferamus, adhortari nos ut temere prorsus et inconsulte dicas. Nam sententias earum-que dispositionem præparandas oratori, verba duntaxat ex tempore inveniendâ esse censemus. Haud enim tantam scriptarum orationum concinnitas utilitatem affert, quam quæ e vestigio dicuntur habent opportunitatem. Quicumque igitur rhetor evadere cupit eximius, non vero verborum artifex mediocris, et temporum momentis uti solerter quam verbis bene distinctis loqui satius ducit, et benevolentiam auditorum mavult sociam quam invidiam labere adversariam, et mentem expeditam memoriâque facilem esse, et obliviones latere vult, et oratoriam facultatem vitæ usibus accommodatam comparare sibi studet: is jure merito extemporalem orationem acri et assidua exercita-tione coluerit, scribendo autem pomisi lusus causa et in subcessiva opera studens sanus esse apud sanos judica-bitur.

GORGIÆ HELENÆ LAUDATIO.

Urbem decent viri fortes, corpus pulchritudo, animum sapientia, factum virtus et sermonem veritas: horum autem contraria dedecent. Jam virum, feminam, sermo-nem, opus, urbem, factum decet, si laudem merentur, celebrare, si non merentur, reprehendere: est enim ejus-dem delicti atque inscitiae tum laudanda vituperare tum laudare vituperanda. Nec non ejusdem est et quod æquum sit dicere et eos refellere qui Helenam reprehendunt, de qua uno ore ac communi suffragio consentiunt et poetarum omnium fides et nominis fama et infortuniorum memoria. Verum ego firmis rationibus tum eam, quæ hactenus male audiit, culpa volo liberare, tum accusatores menda-cii convincere, atque aperta veritate inscitiam illorum lol-
 55 lere.

2. Ac primum generis ratione primas eam, de qua lo-quimur, inter viros ac mulieres tulisse, ne patrem: quidem est ignotum. Quis enim nescit ei matrem fuisse? Sedam patrem autem revera deum, verbo tenuis homine, Tyndarum ac Jovem, quorum alter quum esset pater, esse visus est, alter ex dictione deprehensus fuit, et quæ illi

ἀνδρῶν κράτιστος, ὃ δὲ πάντων τύραννος. Ἐκ τοιούτων δὲ γενομένη ἔσχε τὸ ἰσθῆεν κάλλος, ὃ λαθοῦσα ἢ λαθοῦσα ἔσχε. Πλείστας δὲ πλείστοις ἐπιθυμίας ἔρωτος ἐνεργάσατο, ἐνὶ δὲ σώματι πολλὰ σώματα συν-
 2 ἤγαγεν ἀνδρῶν ἐπὶ μεγάλοις μέγα φρονούντων, ὧν οἱ μὲν πλούτου μεγέθη, οἱ δὲ εὐγενείας παλαιᾶς εὐδοξίαν, οἱ δὲ ἀλικῆς οἰκειᾶς εὐεξίαν, οἱ δὲ σοφίας ἐπικτητῆτου δύναμιν ἔσχον, καὶ ἤχον ἅπαντες ὑπ' ἔρωτός τε φιλο-
 128 νείκου φιλοτιμίας τε ἀνικῆτου. Ὅστις μὲν οὖν καὶ
 10 οἱ δ' ὅτι καὶ ὅπως ἀπέπλησε τὸν ἔρωτα τὴν Ἑλένην λαθῶν, οὐ λέξω· τὸ γὰρ τοῖς εἰδόσι δ' ἴσασι λέγειν κίστιν μὲν ἔχει, τέρψιν δὲ οὐ φέρει. Τὸν χρόνον δὲ τῷ λόγῳ τὸν τότε νῦν ὑπερβάς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ μάλ-
 λοντος λόγου προθήσομαι, καὶ προθήσομαι τὰς αἰ-
 15 τίας οἱ δ' ἄς εἰκὸς ἦν γενέσθαι τὸν τῆς Ἑλένης εἰς τὴν Τροίαν στόλον.

3. Ἡ γὰρ τύχης βουλῆμασι καὶ θεῶν κελεύμασι καὶ ἀνάγκης ψηφίσμασιν ἐπραξεν ἢ ἐπραξεν, ἢ βία ἀρπασθεῖσα, ἢ λόγοις πεισθεῖσα, ἢ ἔρωτι ἀλοῦσα. Εἰ
 20 μὲν οὖν διὰ τὸ πρῶτον, οὐκ ἄξιός αἰτιᾶσθαι ὁ αἰτιώ-
 μενος· θεοῦ γὰρ προθυμίας ἀνθρωπίνῃ προμηθείᾳ ἀδύνατον κωλύειν. Πέφυκε γὰρ οὐ τὸ κρείσσον ὑπὸ τοῦ ἥσσονος κωλύεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἥσσον ὑπὸ τοῦ κρείσ-
 25 σονος ἀρχεσθαι καὶ ἀγεσθαι, καὶ τὸ μὲν κρείσσον ἠγείσθαι, τὸ δὲ ἥσσον ἐπασθαι. Θεὸς δ' ἀνθρώπου κρείσσον καὶ βία καὶ σοφία καὶ τοῖς ἄλλοις. Εἰ οὖν τῇ τύχῃ καὶ τῷ θεῷ τὴν αἰτίαν ἀναθετέον, τὴν Ἑλένην τῆς δυσκλείας ἀπολυτέον. Εἰ δὲ βία ἤρπασθη καὶ ἀνόμως ἐβιάσθη καὶ ἀδίκως ὑβρίσθη, δῆλον ὅτι ὁ ἀρ-
 30 πάσας ἢ ὑβρίσας ἠδίκησεν, ἢ δὲ ἀρπασθεῖσα ἢ ὑβρι-
 σθεῖσα ἐδυστύχησεν. Ἄξιός οὖν ὁ μὲν ἐπιχειρήσας βάρβαρος βάρβαρον ἐπιχειρήμα καὶ λόγῳ καὶ νόμῳ καὶ ἔργῳ, λόγῳ μὲν αἰτίας, νόμῳ δ' ἀτιμίας, ἔργῳ δὲ ζυμίας τυχεῖν· ἢ δὲ βιασθεῖσα καὶ τῆς πατρίδος στα-
 35 ρηθεῖσα καὶ τῶν φίλων ὀφρανισθεῖσα πῶς οὐκ ἂν εἰκό-
 τως ἐλεηθεῖται μέλλον ἢ κακολογηθεῖται; Ὁ μὲν γὰρ ἔβρασε δεινὰ, ἢ δὲ ἔπαθε· δίκαιον οὖν τὴν μὲν οἰκτεῖ-
 ραι, τὸν δὲ μισῆσαι.

4. Εἰ δὲ λόγος ὁ παῖσας καὶ τὴν ψυχὴν ἀπατήσας,
 10 οὐδὲ πρὸς τοῦτο χαλεπὸν ἀπολογήσασθαι καὶ τὴν αἰ-
 τίαν ἀπολύσασθαι ἴδω. Λόγος δυνάστης μέγας ἐστίν, ὃς μικροτάτῳ σώματι καὶ ἀφανεστάτῳ θεϊότατα ἔργα ἀποτελεῖ· δύναται γὰρ καὶ φόβον παῦσαι καὶ λύπην ἀρελεῖν καὶ χαρὰν ἐνεργάσασθαι καὶ ἔλεον ἐπαυξῆσαι.
 15 Ταῦτα δὲ ὡς οὕτως ἔχει δεῖξω· δεῖ δὲ καὶ δοῆξ' δεῖξαι τοῖς ἀκούουσιν. Τὴν ποίησιν ἅπασαν καὶ νομίζω καὶ ὀνομάζω λόγον ἔχοντα μέτρον· ἥς τοὺς ἀκούοντας
 20 εἰσπύλλει καὶ φρίκη περίφοβος καὶ ἔλεος πολυδάκρυς καὶ πόθος φιλοπενθήας, ἐπ' ἄλλοτριῶν τε πραγμάτων καὶ
 25 σωματῶν εὐτυχίας καὶ δυσπραγίας ἰοῖόν τι πάθημα διὰ τῶν λόγων ἐπαθεν ἢ ψυχῆ. Φέρε δὲ πρὸς ἄλλον ἀπ' ἄλλου μεταστῶ λόγον. Αἱ γὰρ ἐνθεοὶ διὰ λόγων ἐπαδαὶ ἐπαγωγοὶ ἡδονῆς, ἀπαγωγοὶ λύπης γίνονται·
 30 συγγνωμένη γὰρ τῇ δόξῃ τῆς ψυχῆς ἢ δύναμιν τῆς ἐπι-

virorum optimus, hic omnium dominus. Ex quibus prognata quum esset, divinam habuit pulchritudinem, quam non obscure tulit. Quare multam in multis effectit libidinem, atque uno corpore multa virorum corpora conduxit, qui magnas ob res magnifice sibi placerent, atque alii divitiarum copia, alii antiqua nobilitate, nonnulli propria fortitudine, quidam conquisita pollerent prudentia, qui omnes per amorem contentiosum et invictum studium convenerunt. Et quis quidem ac quare quoque pacto amorem expleverit qui Helenam accepit, non dicam : etenim qui quæ nota sunt narrant, ut fidem meretur, ita delectationem non affert. Ceterum illo tempore nunc rejecto ad initium sermonis alterius progrediar, et causas eas, propter quas in Trojam Helena videri possit navigasse, exponam.

3. Etenim vel fortunæ imperio ac deorum jussu et necessitatis nutu fecit ea quæ fecit, vel vi rapta, vel persuasa verbis, vel amore capta. Quodsi ergo primum recipimus, non meretur culpari : non enim potest humana providentia divinum impedire consilium : nec enim solet ab infirmiore potior impediri, sed ab hoc ille regi atque duci, præcedente potiore, sequente infirmiore. Deus autem homini et vi præstat et prudentia et rebus ceteris. Quodsi igitur deo atque fortunæ tribuenda est causa, infamia Helena liberanda. Sin est violenter rapta et contra leges violata et injuste contumelia affecta, raptorem aut stupratorem peccasse fit manifestum, quæ rapta vero aut stuprata est, infortunium subisse. Quod si sic est, is quidem, qui barbarus barbarum suscepit facinus tum verbo tum lege tum facto, et per verbum culpa et per legem infamia et per factum multa puniri debet; quæ autem violata fuit et patria atque amicis orbata, non potius misericordiam consequi quam convitiam meretur? Nam ille gravia perpetravit, hæc tulit : quapropter hæc miserari, illum decet odisse.

4. Verum si sermo persuasit ac mentem decepit, hoc quoque facile his verbis excusari et dilui potest. Magnus est imperator sermo, qui minimo et obscurissimo corpore divinissimas res perficit; nam et metum finire et dolorem auferre potest, nec non efficere gaudium et augere misericordiam. Hæc autem ita se habere nunc ostendam. Oportet vero audientium præjudiciis succurrere. Equidem poesin omnem et existimo et voco mensura constantem sermonem, cujus auditores horrore sollicito et lacrymosa misericordia et desiderio replentur ad luctum proclivi, sic ut ex aliena felicitate vel infelicitate proprie per sermonem afficiatur animus : sed ege ad alium sermonem nos convertamus. Etenim divinæ sermonum epodi tum delectationem afferunt tum dolorem auferunt : vis enim carminis cum animi opinione conjuncta fascino eum demulcet quo-

δῆς θέλξει καὶ ἔπεισα καὶ μετέστησεν αὐτὴν γοητεία· γοητείας δὲ καὶ μαγείας δισσαὶ τέχναι εὐρηγνται, αἱ εἰσι ψυχῆς ἀμαρτήματα καὶ δόξης ἀπατήματα. Ὅσοι δὲ δσοὺς περιδων καὶ ἔπεισαν καὶ πείθουσι δὲ ψευδοῦ λόγον πλάσαντες! εἰ μὲν γὰρ πάντων περὶ πάντων εἶχον τῶν παροισχόμενων μνήμην τῶν τε παρόντων [ἐννοίαν] τῶν τε μελλόντων πρόνοιαν, οὐκ ἂν ὁμοίως ὁμοίως ἦν ὁ λόγος· ἐπεὶ τὰ νῦν γε οὐτε μνησθῆναι τὸ παροισχόμενον οὐτε σκέψασθαι τὸ παρὸν οὐτε μαντεύσασθαι τὸ μέλλον

10 εὐπόρως ἔχει, ὥστε περὶ τῶν πλείστων οἱ πλείστοι τὴν δόξαν σύμβουλον τῇ ψυχῇ παρέχονται. Ἡ δὲ δόξα σφαλερὰ καὶ ἀβεβαίος οὕσα σφαλεραῖς καὶ ἀβεβαίοις ἀτυχίαις περιβάλλει τοὺς αὐτῇ χρωμένους. Τίς οὖν αἰτία κωλύει καὶ τὴν Ἑλένην ὁμοίως ἦλθεν ὁμοίως ἄνου νεάν οὕσαν ὥσπερ εἰ βιατήριον βίᾳ ἤρπασθη· τὸ γὰρ τῆς πειθοῦς ἔξειν, ὁ δὲ νοῦς. Καίτοι εἰ ἄνάγκη ὄνειδος ἔξει μὲν οὐ, τὴν δὲ δύναμιν τὴν αὐτὴν ἔχει. Λόγος γὰρ τὴν ψυχὴν ὁ πείσας, ἣν ἔπεισεν, ἠνάγκασε καὶ πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις καὶ συναινέσαι τοῖς

20 ποιοιμένοις. Ὁ μὲν οὖν πείσας ὡς ἀναγκάσας ἀδικεῖ, ἡ δὲ πεισθεῖσα ὡς ἀναγκασθεῖσα τῷ λόγῳ μάτην ἀκούει κακῶς. Ὅτι δ' ἡ πειθὴ προσιοῦσα τῷ λόγῳ καὶ τὴν ψυχὴν ἐτυπώσατο ὅπως ἐβούλετο, χρὴ μαθεῖν πρῶτον μὲν τοὺς τῶν μετεωρολόγων λόγους, ὅτι τινες

25 δόξαν ἀντὶ δόξης τὴν μὲν ἀφιλόμοινοι τὴν δ' ἐνεργασάμενοι τὰ ἀθλα καὶ ἀπίστα φαίνεσθαι τοῖς τῆς δόξης ὁμμασιν ἐποίησαν, δεύτερον δὲ τοὺς ἀναγκαίους διὰ λόγων ἀγῶνας, ἐν οἷς εἷς λόγος πολλὴν ὄχλον ἑτερψε καὶ ἔπεισε τέχνη γραφεῖς, οὐκ ἀληθείᾳ λεχθεῖς, τρίτον φιλοσοφῶν λόγων ἀμιλλας, ἐν αἷς δείκνυται καὶ γνώμης τάχος ὡς εὐμετάβολον ποιεῖ τὴν τῆς δόξης πίστιν. Τὸν αὐτὸν δὲ λόγον ἔχει ἡ τε τοῦ λόγου δύναμις πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς τάξιν ἡ τε τῶν φαρμάκων τάξις πρὸς τὴν τῶν σωμάτων φύσιν. Ὡσπερ γὰρ τῶν φαρμάκων

35 ἀλλοὺς ἄλλα χυμοὺς ἐκ τοῦ σώματος ἐξάγει, καὶ τὰ μὲν νόσου τὰ δὲ βίου παύει, οὕτω καὶ τῶν λόγων οἱ μὲν ἐλύπησαν, οἱ δὲ ἑτερψαν, οἱ δὲ ἐφόδησαν, οἱ δὲ εἰς θάρρος κατέστησαν τοὺς ἀκούοντας, οἱ δὲ πειθοῖ τινὶ κακῇ τὴν ψυχὴν ἐφαρμάκευσαν καὶ ἐξεγοήτευσαν.

40 5. Καὶ ὅτι μὲν, εἰ λόγῳ ἐπείσθη, οὐκ ἠδίκησεν ἀλλ' ἠτύχησεν, εἰρηγται· τὴν δὲ τετάρτην αἰτίαν τῶν τετάρτων λόγῳ διέξειμι. Εἰ γὰρ ἔρωσ ἦν ὁ ταῦτα πράξας, οὐ χαλεπῶς διαφεύζεται τὴν τῆς λεγομένης γεγονένης ἀμαρτίας αἰτίαν· ἀ γὰρ δρῶμεν, ἔχει φύσιν

45 οὐχ ἦν ἡμεῖς θέλομεν ἀλλ' ἦν ἕκαστον ἔτυχ'· διὰ δὲ τῆς ὀψεως ἡ ψυχὴ κὰν τοῖς τρόποις τυποῦται. Αὐτίκα γὰρ δταν πολέμια σώματα καὶ πολέμιοι ἐπὶ πολέμια ὀπλίσαι κόσμον χαλκοῦ καὶ σιδήρου, τοῦ μὲν ἀλεξητήριον τοῦ δὲ προβλήματα, θεάσθηται ἡ ὄψις, ἐταράχθη

50 καὶ ἐτάραξε τὴν ψυχὴν, ὥστε πολλάκις ἀκινδύνου τοῦ μέλλοντος ὄντος φεύγουσιν ἐκπλαγέντες· ἰσχυρὰ γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ νόμου διὰ τὸν φόβον ἐξωκίσθη τὸν ἀπὸ τῆς ὀψεως, ἥτις ἐλθοῦσα ἐποίησεν ἀμελήσαι καὶ τοῦ καλοῦ τοῦ διὰ τὸν νόμον κρινόμενου καὶ τοῦ ἀγαθοῦ

que vult transfert. Sunt autem magiæ et fascinandi artes duæ, quæ in animi delictis et opinionis captationibus consistunt. Quot porro quam multis quantas res confectis verbis et persuaserunt et persuadent! Etenim si omnes omnium præterita meminissent tum intelligerent præsentia, tum futura præviderent, non similiter similis foret oratio. Nunc certe nec præterita meminisse nec intelligere præsentia nec futura prævidere facile quispiam potest, adeo ut plerique homines opinionem in rebus plerisque in consilium adhibeant. Ea vero cum lubrica sit et incerta, lubricis et incertis infortuniis nos implicat. Quid igitur vetat quo minus Helenam quoque [dicamus ab imprudente qui advenit juvene, quum ipsa quoque juvenilis imprudentiæ esset, precum quasi vi raptam esse? Nam persuasio, cui cedit mens, cogendi actionis probum quidem non habet, sed vim habet quam illa eandem?] Qui enim animo sermo persuaserat, eam cui persuaserat, et verbis credere et factis coegit assentiri. Quo fit, ut qui persuasit, quasi coegisset, peccaverit; quæ persuasione quasi coacta fuit, immerito male audiat. Jam persuasionem cum sermone conjunctam animum quoque in omnem mutasse formam, ex eorum oratione primum, qui de rebus sublimibus disputant, licet cognoscere, qui opinione alia sublata alia effecta res incertas et incredibiles opinionibus oculis approbant; tum ex necessariis concertationibus, cum oratio una, quam conscripsit ars, non dictavit veritas, ingentem turbam delectat eisque quidvis persuadet; denique e philosophicis disputationibus, in quibus opinionis mutabilitas omnibus patet. Atque eandem habet in animo vim sermo, quam in corpore venenum. Quem admodum enim venena alia alios humores corpori demunt, et nunc morbum nunc vitam auferunt, ita sermones alii dolorem, alii delectationem, nonnulli metum, quidam confidentiam afferunt, aliqui etiam persuasionem non recta animum inficiunt atque fascinant.

5. Atque illam quidem, si verbis est persuasa, non improbam sed infelicem fuisse declaratum est: nunc autem quartam causam quarta ratione persequar. Etenim si amor hæc effecit, non difficulter culpam, quæ commissa dicitur, effugiet. Quæ enim videmus, non eam quam nos volumus naturam habent, sed quam singulis casus obtulit. Adspectus autem varie animum afficit. Nam hostilia corpora atque armaturam bellicam ex ære ferroque factam ad vim inferendam et arcendam si adspectus percepit, perturbatur et perturbat animum; unde fit, ut sæpe, etsi eventus periculo sit cariturus, nonnulli perculti fugiant: fortis enim legis veritas metu expellitur quem adspectus affert, cujus adventus et honesti quod lex proponit, et utilius quod per jus consequimur, adducit contemptum. Quid

